EXECVTORIALES
S. ROTAE ROMANAE

In quibus inſeruntur Commiſſiones, Deciſiones, Mandata de manutenendo, & tres conformes Sententiæ, in progreſſu Cauſæ Tiraſoneñ Iuriſdictionis, emanatæ, relaxatæ, ac promulgatæ

A R.P. D. IOANNE ANTONIO OTTALORA.

AD FAVOREM

Sedis Epiſcopalis Tiraſoneñ, eiuſq. Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Epiſcopi, ac etiam RR. DD. Decani, Canonicorum, & Capituli Sede Vacante

CONTRA

DD. Decanum, Canonicos, & Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ S. Mariæ, ac Clerum Calataiubij, necnon etiam Conſilium, Iuſtitiam, Iuratos, & Incolas dicti Oppidi, eiuſquè Archidiaconatus, alioſque litis conſortes.



ROMAE, Ex Typographia Reuer. Cam. Apoſt. 1665.

SVPERIORVM PERMISSV.

SERENISSIMO, PONTENTISSIMO, Inuictiſsimo, & Catholico Principi, & Dño Dño PHILIPPO de AVSTRIA,

Diuina fauente Clementia Caſtellæ, Aragonum,Legionis,Granatæ,Toleti, Galetiæ, Hiſpaleñ, Cordubeñ, Murtiæ, Nauarræ, Neapolis, Hieruſalem, vtriuſque Siciliæ, citrà, & vltrà Pharum, Sardiniæ, Maioricæ, Minoricæ, Algabiorum, Portugalliæ, Argiræ, Inſularum, Canariæ, & Sancti Dominiei fiue Hiſpaniolæ Iucatañ, ſiue Iſabellæ, ac aliarum Occidentalis Maris Oceani Inſularū Mexici totius nouæ Hiſpaniæ Nicaraguæ,Cuſchi,& Quiti, totiuſque magni,& ditiſſimi Regni del Pirù, aliarumque Regionum Indiæ Orientalis, & Occidentalis, ac totiùs Terræ firmæ, nouiquè Orbis Antipodum, ac maioris minoriſquè Tanarum, & aliarum Terrarum, tàm Firmarū, quàm Inſularum Maris Oceani meridionalis citrà, & vltrà ſtrictum Magdalanis Aequinoctialemque,& Tropicos Cancri, & Capricorni etiam ſub Circulo, & Polo antartico ſitarum, exiſtentium fæliciſſimo Regi, Auſtriæ Archiduci Arteſiæ Hannoniæ, Luxemburgi, Burgundiæ, Mediolani, Brabantiæ,Flandriæ,Tyrolis,Holandiæ,Zelandiæ,Biſcaliæ,& Molinæ Duci, & Comiti in Aſia,& Affrica Dominatori Regnorum, Ducatuum, & aliorum Dominiorum Veſtrorum fælicis proſperitatis augmentum, necnon Illuſtriſſ. & Excellentiſſimo Domino eiuſdem Regni Aragonum Proregi, & Illuſtriſſimo Domino eiuſdem Regni Iuſtitiæ eiuſquè Illuſtribus Dominis Locatènentibus pro tempore exiſtentibus, necnon Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Nuncio in Hiſpaniarum Regnis pro tempore reſidenti, ac Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimis in Chriſto Patribus, & Dominis Dominis Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopo Cæſarauguſtano, ac vicinioribus, & alijs ordinarijs Epiſcopis, eorumquè, & cuiuslibet ipſorum in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarijs generalibus vniuerſis quoquè, & ſingulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurarijs, Succentoribus, Sacriſtis, tàm Cathedralium, quàm Collegiatarum, Canonicis, Portionarijs, Parochialiumque, Eccleſiarum Rectoribus, & Locatènentibus eorumdem Plebanis, Viceplebanis, Cappellanis, Curatis, & non Curatis, Vicarijs perpetuis, Altariſtis, ac Monaſteriorum, & Ordinum quorumcumquè Generalibus, Prouincialibus, Miniſtris, Guardianis, Fratribus, Monacis, Regularibus Conuentualibus exemptis, & non exemptis, cæteriſquè Presbyteris, Clericis, Notarijs, & Tabellionibus publicis quibuſcumquè per dictorum Dominorum Archiepiſcopi, & Epiſcoporum, ſeù Ordinariorum Prouincias,Ciuitates,& Diœceſes,& alias vbilibet Conſtitutis,& eorum cuilibet inſolidum, necnon Illuſtiſſimis,Excellentiſſimis, Illuſtribus, & Magnificis Viris Dominis Ducibus, Marchionibus, Comitibus,Vicecomitibus,Baronibus,Domicellis,Capitaneis, Conſulibus, Iuſtitiarijs, Aduocatis, & Curiarum quarumcumque tàm ſpiritualium, quàm temporalium, Terrarumquè. Ciuitatum, Oppidorum, Caſtrorum, Villarum, & Communitatum quarumcumque Maioribus, ſeù Procuratoribus generalibus, Rectoribus, Præfectis, Baiuliuis, Seruientibus, Scribis, Præconibus, & Officialibus alijſquè Dominis, & Perſonis Iuriſdictionem ſpiritualem, temporalem, & ordinariam per ſe, vel alium, ſeù alios mediatè, vel immediatè vbicumquè pro tempore exercentibus, & conſtitutis,& eorum cuilibet inſolidum illiquè, vel illis ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ litteræ peruenerint,ſeù prçſentabuntur Io; Antonius Otalora I.V.D.

A 2 San-

Sanctissimi D. Nostri Papæ Cappellanus, & ipsius Sacri Palatij Apostolici Causarum Auditor, Causæque, & Causis, ac partibus infrascriptis Iudex Commissarius in locum Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Vitaliani Vicecomitis Coauditoris nostri, & nunc in Regnis Hispaniarum Nuncij Apostolici, Apostolica auctoritate subrogatus, salutem in Domino; & præsentibus fidem indubiam adhibere, ac in commissis diligentiam facere nostrisquè huiusmodi; Immò verius Apostolicis firmiter obedire mandatis noueritis sub insertum mandatum de manutendo à bo: memoriæ Achille de Grassis in vim Commissionum in eodem mandato insertarum, & decisionis eidem mandato præinsertæ emanasse sub tenore, videlicet:

TIRASONEN. IVRISDICTIONIS.

Decis. bo: me: Achil. de Grassis.

EPiscopus in quacumque parte suæ Diœcesis, quoad omnes vbique existentes, intrà fines suæ Diœcesis, & etiam contrà inuitos potest exercere suam Iurisdictionem, *cap. Venerabilibus, &c. de Xenodochijs de Relig. dom. glos. quam omnes Doct. sequuntur in Clem. 1. in verb. Aut eorum de foro compet.* quare siue Episcopus sit in Ciuitate, vel alibi per Diœcesim, & siue per se, siue per Vicarios suos quouis modò solitus sit exercere Iurisdictionem; dicendum est mediante assistentia iuris communis facultas competit, *Anton. de Butr. in cap. fin. num. 46. de caus. poss. & propriet. Mil. in repert. in verb. Possessio, seù quasi.* Nec obstat, quod aliquando Episcopus retinuerit Vicarium generalem in aliquo loco Diœcesis ex quo Communitas, seù Vniuersitas dicti loci petat eam manuteneri in illà possessione: quoniam respondetur, quòd Subditus contrà Dominum non habet quoad iurisdictionalia remedium, vti possidetis, *Bart. in l. 1. §. huius interdicti, vers. sed pone, ff. vti possidet,* nec vlla consuetudo, quæ in contrarium deduceretur, posset Episcopum impedire in corrigendis excessibus Subditorum, *cap. Irrefragabili, de officio ordinarij,* nec prescribitur contrà Episcopum circa iura Episcopalia, *cap. cum ex officijs de præscript.* Nec in actu negatiuo in his presertim, quæ sunt meræ facultatis, datur status quasi possessionis; Ideò fuit per omnes conclusum Episcopum Tirasoneñ, in quasi possessione exercendi Iurisdistionem manu tenendum esse vbique in omnes Subditos suæ Diœcesis, cum habeat assistentiam Iuris communis *Bart. in l. 1. §. huius interdicti, ff. uti possid.* Ita tentum in causa Tirasoneñ Iurisdictionis coram D. Achille de Grassis 20. Maij 1551. vt in eius lib. fol. 241.

Mandatum de manutenẽdo Achill. de Grass.

ACHILLES de Grassis Iuris Vtriusque Doctor, Sãctissimi Domini Nostri Papæ Cappellanus, & ipsius Sac. Palatij Apostolici Causarum, & huiusmodi Causæ Auditor à Sanctissimo Domino Nostro Papa specialiter deputatus; Vniuersis, ac singulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurarijs, Sacristis: tàm Cathedralium, etiam Metropolitañ, quàm Collegiatarum, Canonicis, Parochialiumquè, Ecclesiarum Rectoribus, seù Locumtenentibus eorumdem Plebanis, Viceplebanis, Cappellanis, Curatis, & nõ Curatis, cæterisquè Presbyteris, Clericis, Notarijs, ac Tabellionibus publicis quibuscumque per Ciuitatem, ac Diœces. Tirasoneñ, ac alias vbilibet constitutis, necnon illi, vel illis ad quem, vel ad quos præsentes nostræ litteræ peruenerint. Salutem in Domino, & nostris huiusmodi; immò veriùs Apostolicis firmiter obedire mandatis. Noueritis, quod nupèr Sanctissimus in Christo Pater, & Dñus Noster Dominus Iulius Diuina prouidentia Papa III. quamdam Cõmissionis, siue Supplicationis papyri cedulam nobis, per certum suum Cursorem præsentari fecit huiusmodi sub tenore, videlicet: BEATISSIME PATER, quamuis prout ex iuris communis dispositione conceditur deuotæ creaturæ Vestræ Ioanni Gonzales Episcopi Tirasoneñ liberam habere facultatem omnes Ecclesiasticas personas Ciuitatũ, ac Diœces. suæ Tirasoneñ ad Synodum

Cõmissio Causæ præsentata bo: me: Achill. de Grassis de anno 1550. pro parte Reuerẽ-

dum

dum per se celebrandum conuocandi eaq; Synodò, pro laudabilis ac morigeratæ vitæ subditorum ac Diuini cultus institutione, manutentione, & augmento, Constitutiones promulgare aliaq;cuilibet Episcopo in similibus de iure competentia facere, nec vlla sit in contrarium quæ sibi obstet consuetudo, vel priuilegium. Nihilominus nuper cum creatura ipsa vniuersalem Synodum huiusmodi, pro die vigesima secunda mensis Aprilis proxime præteriti in dixisset, & inter alios ad illam conuenissent vniuersi Clerici, ac personæ Ecclesiasticæ Oppidi de Calatajubio, & illius Archidiaconatus eiusdem Tirasonen, Dioecesi. Nihilominus nonnulli, ex ipsis Clericis, & personis de Calatajubio, vt præfertur Congregatis ad instigationem, vt creditur vniuersitatum laicorum dicti Oppidi, siue aliàs falsum asserentes non posse per ipsam creaturam promulgari Constitutiones Synodales, quæ ligent ipsos de Calatajubio, & illius Archidiaconatus, alibi quam in oppido de Calat. per dictam creaturam instituantur. Incæperunt se opponere protestari, ac quantum in eis erat, impedire ne creatura ipsa ad promulgationem talium Constitutionum, quæ ipsos ligaret, procederet. Denumquè vt dicitur prætendentes, licet falso se grauari, & quod creatura ipsa non possit etiam quidquam cognoscere, iudicare, & diffinire de concernentibus negotia dicti Oppidi, & illius Archidiaconatus, nisi personalitèr, in eodem oppido, residendo ad Metropolitan. Dominum Archiepiscopum Cęsaraugustan vt dicitur appellarunt quamuis non minus nullitèr, quàm indebitè; Cum reuera prout ex iuris permissione, licitum fuerit etiã ante hac semper Constitutiones Synodales huiusmodi, per prædecessores ipsos cum interuentu personarum Oppidi, & Archidiaconatus prædicti in Ciuitate Tirasonen. promulgari causæque illorum etiam per Episcopos, qui pro tempore fuerunt,& per illorum Vicarios etiam Tirasonæ Residentes in eadem Ciuitate cognitæ, iudicatæ, determinatæ, executioni etiam demandatæ fuerunt, quibus stantibus quamuis præfatus Dominus Metropolitan. dictos paucos particulares prætensos, appellantes tamquàm notoriè, friuolam,& iniustam appellationem proponentes à se repellere debuisset: nihilominus asseritur, quod prætensam appellationem huiusmodi admisit, in illaque habita cognitione contra ipsam creaturam citationem cum inhibitione decreuit, quamuis etiam non minus nulliter, quàm indebitè. Et quoniam PATER SANCTE satis mali exempli est, quod nulla subsistente causa pro eorum libito subditi ab ordinaria Episcopali iurisdictione se subtrahant, & quod Metropolitani, in alienam messem falcem imponendo,& quaslibet iniustas,& friuolas appellationes recipiendo,etiam Episcoporum iurisdictiones vsurpare sibi velint dictusque Dominus Archiepiscopus Cæsaraugustan. siue suus Officialis, qui alias in alijs causis erga creaturam prædictam male affectum se esse demonstrauit, etiam in hoc articulo: ità præcipitantèr, ac inconsideratè procedendo magis suspectum, se reddit. Quapropter creatura ipsa non sperat coram eo in hac causa consequi iustitiæ complementum, prout etiam ab eo suaque inconsiderata, ac præcipitata appellationis admissione citationeque, & inhibitione prędictis ad Sanctitatem nestram appellatum, prouocatum, & de nullitate dictum fuit. Supplicat igitur humiliter Sanctitati Vestræ dictus Ioannes Episcopus quatenus causam, & causas singularum appellationum huiusmodi nullatisquè omnium, ac singulorum per dictum Dominum Archiepiscopum, siue suum Officialem gestorum attentatorumquè, & innouatorum quorumcumquè, necnon quam, & quas creatura ipsa habet, & mouet, habereque, & mouere vult, ac intendit contra, & aduersus Decanum, Canonicos, ac Clericos Ecclesiæ B. Mariæ de Mediauilla, Prioremque,

diſſimi D. Ioãnis Gonzalez Episcopi Tirasonen.

Cano-

Canonicos, & Clerum Collegiatæ Ecclesiæ B. Mariæ de la Peña, Prioremque, Canonicos, & Clericos Sancti Sepulchri, Ordinis Hierosolymitan. Præceptorem de Tobet, & S. Crucis, vniuersosque alios Rectores, Vicarios, Clericos, ac Beneficiatos dicti Oppidi de Calat. illiusque Aldearum, siue Terrarum, & locorum Archidiaconatus, omnesque alios sua quomodolibet contra, vel diuisim inter esse putantes, & tam in decreto, quam executione citationis decernendæ nominandos, & super omnimoda, ac libera iurisdictione prædicta, & illius libero exercitio spirituali creaturæ, ac suo Vicario competeñ, & alijs prædictis, rebusque alijs in actis causæ, & causarum huiusmodi latius deducen. alicui ex vestri sacri Palatij Apostolici causarum Auditoribus, etiam summariè, prout in beneficialibus, & tàm coniunctim, quàm diuisim. Et cum inciden. dependen. per audiendas, cognoscendas, decidendas, fineque, debito terminandas committere, ac mandare dignemini cum potestate præfatos, ac quoscumque alios si opus fuerit, etiam vt præfertur nominandos in Romana Curia, extra eam, & in partibus, etiam per edictum publicum constito summariè de non tuto accessu citandi, ac eis quibus, & quoties opus fuerit, etiam sub censuris Ecclesiasticis, & pecuniarijs arbitrio suo moderandis pœnis nè lite huiusmodi pendente, in illius præiudicium quicquam attentare audeant, vel præsumant inhiberi ipsamquè creaturam, & suum Vicarium in possessione, vel quasi omnia, & singula prædicta exercendi, & faciendi, in qua, vt præfertur existunt, etiam sub similibus sententijs, censuris, & pœnis manutenendi, & manuteneri, mandandi, & in euentum, non paritionis, seu contrauentionis, inobedientes, & non parentes censuras, ac pœnas præfatas incidisse, & incurrisse declarandi, aggrauandi, reaggrauandi, interdicendi, auxiliumque brachij sæcularis inuocandi, alijsque facultatibus necessarijs, & opportunis non obstantibus præmissis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque status, ac merita, & tenores omnium, & singulorum prædictorum, aliorumque forsan latius exprimendorum compendia pro sufficienter expressis habentes. Quæ quidem commissio in eius fine duas habebat signaturas, quarum prior talis erat. Videdelicet de mandato Domini nostri Papæ audiat Magister Achiles citet inhibeat, etiam sub censuris, & pœnis procedat summariè &c. Manuteneat, vt petitur, & iustitiam faciat. Pasterior verò talis placet domino nostro Papæ. H. Cardinalis Verallus. Cuius quidem commissionis, siue supplicationis vigore, ac prętextu citatione legitima cum inhibitione inserta extra Roman. Cur. & ad partes contra, & aduersus Decanum, Canonicos, & Clericos Beatæ Marię de Mediauilla, ac Ecclesię B.M. de la Peña, Priorem, Canonicos, ac Clericos Sancti Sepulchri, Ordinis Hierosolymit. Pręceptorem de Tobet, & Sanctę Crucis, vniuersosque alios Rectores, Vicarios, Clericos, ac Beneficiatos Oppidi Calat. illiusque Aldearum, siue Terrarũ, & locorum, Archidiaconatus, omnesque alios, & singulos sua communiter, & diuisim interesse putan. exaduerso principales pro parte Reu. P. D. Ioannis Gonzalez Episcopi Tirasonen. principalis decreta, ac in dictis partibus executa subsequenter. Idem Sanctissimus D.N.D. Iulius diuina prouidentia Papa III. quamdam aliam commissionis, siue supplicationis dependeñ papyri cedulam hic pręinsertam in eius capite haben. commiss. nobis per similem suum Cursorem pręsentari fecit sub huiusmodi tenore. PATER SANCTE, inter alia in quorum possessione, vel quasi deuota creatura vestra Ioannes Episcopus pręnominatus, & suus pro tempore Officialis, siue Vicarius Generalis, iuxta superius generaliter narrata à tempore immemorabili citra existunt, fuerunt, & sunt, hęc videlicet, quod ipse

Alia Commissio dependens præsentata eidem bo. me. Achilli de Graffis pro

Epis-

Episcopus potest, & consueuit quascumque causas, tàm ciuiles, quàm criminales, tàm coram eo, quàm in dicto Oppido Calatajubio pro tempore habere solet, quàm coram alijs quibuscumque ex suis foraneis Vicarijs in quibuscumque instantijs penden. ad se auocare illasque, siue in Ciuitate Tirasonæ siue alibi, vbi ipse Episcopus moram trahat cognoscere, & terminare, siue alijs personis agnoscendas,& terminandas demandare,ac etiam ex dicto Oppido Calatajubio, & alijs quibuscumque suæ Diœcesis locis ad locum, in quo ipse Episcopus, siue suus Vicarius generalis moram trahant. Reos captiuos ducere, & duci facere, & illorum sic ductorum causas iudicare, & nonnulla alia si opus fuerit in actis specificanda facere, & exercere. Ne autem si ipsi creaturæ pro se, & suo Vicario iuxtà tenorem præinsertæ concedi mandatum de manutenendo contingat, si generaliter concederetur super singulorum articulorum manutentione in partibus disputationes fieri. Supplicat humiliter Sanctitati vestræ creatura præfata, quatenus dicto Reuerendo Patri D. Achilli Auditori, vt eandem creaturam, & suum Vicarium singulariter, & expresè in possessione omnium, & singulorum prædictorum, & aliorum quorumcumque actuum iurisdictionalium, in quorum exercitij possessione ante tempus motæ litis huiusmodi fuisse probauerit sub censuris, & pœnis præfatis manuteneat prout iuris fuerit manutenerique mandet, & faciat, & in euentum non paritionis, seù contrauentionis contra inobedientes,& non parentes obseruatis quatuor terminis in similibus consuetis ad docendum paruisse &c. ad declarationem incursus censurarum, & pœnarum huiusmodi procedat, aggrauet, reaggrauet, interdicat, auxiliumque brachij sæcularis inuocet, ãc alia faciat,quæ in præmissis, ac circa ea necessaria fuerint, seù quomodolibet opportuna committere, ac mandare dignemini, non obstañ præmissis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis cæterisque contrarijs quibuscumque statutis &c. pro expressis habentibus. Quæ quidem commissio in eius fine duas habebat signaturas, quarum prior talis erat: videlicet, De mandato Domini nostri Papæ: idem Auditor manuteneat, etiam sub censuris procedat,vt petitur, declaret, aggrauet etiam cum inuocatione si & prout de iure,& iustitiam faciat. Posterior verò talis, placet Domino nostro Papæ. H. Cardinalis Verallus. Quarum quidem, ac forsan aliarum commissionum vigore, lite, & causa in, & ad Rom. Cur. Coram nobis, inter dictum Reuer. in Christo Patrem, & D. D. Ioannem Gonzalez Dei graria Episcopum Tirasonen. principalem actorem, ex vna, & venerabiles magnificos viros DD. Priorem, Capitulum, Rectores, Clericos, ac Beneficiatos, tàm dicti Oppidi Calatajubij, quàm Parochialium, & aliarum Ecclesiarum, Communitatumque, & hominum Calatajubij, illiusque Aldearum, Terrarum, locorum,& Archidiaconatus huiusmodi dictæ Tirasonen. Diœc. litis consortes de, & super omnimoda, ac libera Episcopali iurisdictione, rebusque alijs in actis causæ, & causarum huiusmodi latius deductis, & illorum occasione partibus ex altera in decisis penden. consequenterque nos in causa, & causis huiusmodi, & inter partes in præinsertis commissionibus contentas, seù verius earum legitimos Procuratores, ad varios, multiplicesque actus, tàm iudiciales, quàm extraiudiciales,etiam ad articulorum,testiumque vtriusque productionem, receptionem, & examen, citrà tamen causæ conclusionem, debitè processo; tandem verò nos ad prouidi viri Magistri Alphonsi de Artieda, in Romana Curia causarum, & supradicti Reu. Patris D. Episcopi Tirasonen. principalis in supradicta nobis facta, & præsentata commissione principaliter nominati, procuratoris instantiam prouidum virum Magistrum Amatorem Ros de Gongora, in eadem Romana Curia

parte Reuerẽdissimi D. Episcopi Tirasonen.

Curia causarum, & supradictorum venerabilium magnificorum DD. Priorum, Capituli, Rectorum, Clericorum, ac Beneficiatorum; tàm Oppidi Calatajubij, quàm Parochialium, & aliarum Ecclesiarum; Communitatumque, & hominum Oppidi Calatajubij, illiusque Aldearum, siue Terrarum, locorum, & Archidiaconatus huiusmodi litis consortum exaduerso principalium, in eisdem præinsertis exaduerso principaliter comprehensorum procuratorem, pro vt de ipsorum hinc inde procuratorum procurationum mandatorum apud acta causæ huiusmodi legitimis constat documentis, ad dicendum, & excipiendum, quidquid verbo, vel inscriptis contra supradictas nobis factas, & præsentatas commissiones dicere, seù excipere volebat: necnon ad videndum, & audiendum supradictum D. Tirasonen. Episcopū in possessione Diœcesanæ iurisdictionis, in qua existit manuteneri, ac defendi mandatum, siue litteras desuper necessarias, & opportunas iuxta, ac secundum dictarum commissionum, vim, formam continentiam, & tenorem, in forma consueta decerni, ac concedi, vel dicendum causam, si quam habeat rationabilem; quare præmissa minimè fieri debeant allegandum per certum Domini nostri Papæ Cursorem citari mandauimus, ac fecimus ad certum peremptorinm termiuum competen. videlicet, ad diem, & horam infrascriptas, quibus aduenien. comparuit in iudicio legitimè coram nobis. Idem prouidus vir Magister Alphonsus de Artieda procurator, quo supra nomine procuratorio, & dicti Magistri Amatoris Ros de Gongora exaduerso procuratoris non comparentis contumaciam accusauit, ipsumque contumacem reputari, & eius contumacia, dictum Reu. D. Tirasonen. Episcopum in possessione, in qua existit omnimodæ suæ Diœcesanæ iurisdictionis manuteneri, mandatumque, siue litteras de illo manutenendo in dicta possessione decerni, ac concedi per nos instanter postulauit. Nos tamen Achilles de Grassis Auditor prefatus dictum Amatorem Ros de Gongora exaduerso procuratorem non comparentem, reputauimus meritò iustitia suadente contumacem, & in eius contumacia, attendentes postulationem huiusmodi fore iustam, ac rationi consonam, quodque iusta petentibus, non est denegandus assensus. Volentesque dictas nobis vltimo factas preinsertas commissiones ad effectum deducere debitum, vt tenemur; Idcirco auctoritate Apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, eumdem Reu. in Christo Patrem, & Dominum Ioannem Gonzalez Episcopum Tirasonen. in possessione Diœcesanę iurisdictionis in qua existit, tàm in Ciuitate Tirasonę, quàm alibi, extra fines Archidiaconatus Calatajubij iurisdictionalia exercendi, audiendi, iudicandi, carcerandi, corrigendi, & puniendi, in personas, ac causas Oppidi Calatajubij, illiusque Aldearum, Terrarum, locorum, & Archidiaconatus manuteneatis, & defendatis, manuterique, defendi, & tueri faciatis, & mandetis, prout Nos in eadem possessione manutenemus, defendimus, ac tuemur, & defendi tueri, ac manuteneri mandauimus per presentes has nostras litteras manutentionis desuper decernendo, & concedendo opportunas. Quę omnia, & singula vobis omnibus supradictis intimamus, insinuamus, ac notificamus, ac ad vestram, & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus, ac deduci volumus, per presentes, vosque, & vestrum quemlibet requirimus, & monemus, primò, secundò, tertiò, & peremptoriè, vobisque, & vestrum cuilibet in virtute sanctę obedientię, & sub excommunicationis, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis quas in vos, & vestrum quemlibet, si ea quę vobis in hac parte committimus, & mandamus, neglexeritis, seù distuleritis contumaciter, adimplere canonica monitione premissa ferimus in his scriptis districtè percipiendo mandamus

damus quatenus infra sex dierum spatium post præsentationem, seu notificationem præsentium vobis, seu alteri vestrum factam, & postquam pro parte Reu.D. Episcopi Tirasonen. vigore præsentium super hoc fueritis requisiti, seu aliquis vestrum fuerit requisitus immediatè sequen. quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos vobis omnibus supradictis, pro tertio peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus. Ita tamen, quod in his exequen. vnus vestrum alterum non expectet, nec vnus pro alio, seu per alium se excuset accedentes quo fuerit accedendum, eundem D. Reu. Episcopum Tirasonen. seu pro eo Agentem, Vicarium, seu Officialem, & Procuratorem in possessione supradictæ iurisdictionis, in qua existit sub eisdem censuris, & pœnis, manuteneatis, ac defendatis, ac manuteneri, defendi faciatis, quem Nos in simili sua possessione manutenemus, ac defendimus, prout Nos manuteneri, & defendi mandamus per præsentes. Absolutionem verò omnium, & singulorum, qui prædictas nostras sententias, seu earum aliquam incurrerint, siue incurrerit, quoquomodo nobis, vel superiori nostro, tantummodo reseruamus. In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium præmissorum præsentes litteras, exinde fieri, & per Notarium publicum, nostrumque, & huiusmodi causæ coram nobis scribam infrascriptum scribi, sigillique nostri fecimus appensione muniri. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, in Palatio causarũ Apostolico, mane hora audientię causarum consueta nobis in loco solito pro Tribunali sedente, sub anno Domini millesimo quingẽtesimo quinquagesimo primo, indictione nona, die verò decima quinta mensis Iunij, Pontificatus prælibati Sanctissimi Domini nostri Domini Iulij Papę III. anno secundo. Præsentibus ibidem discretis viris Magistris Claudio Brãgij, ac Ioanne Pelletier Notarijs publicis, Scribisque nostris, testibus ad præmissa vocatis, atque rogatis. Et ego Nicolaus Hallot Clericus Tullen. Diœcesis publicus Apostolica auctoritate, ac sacri Palatij Apostolici causarum, & huiusmodi causæ Notarius, quia præmissis omnibus vna cum prænominatis testibus præsens interfui, eaque omnia sic vidi fieri, ac in notam sumpsi, ex quo hoc præsens publicum instrumentum manutentionis, manu aliena scriptum, exinde confeci, subscripsi, & publicaui, signoque, & nomine meis solitis, & consuetis, vnà cum prenominati Domini Auditoris, sigilli appensione signaui in fidem præmissorum rogatus, & requisitus Deo hominibus seruiendum est.

Post cuius mandati de manutenendo relaxationem cum causa huiusmodi diu siluisset RR.DD. Decanus, Canonici, & Capitulum Ecclesiæ Tirasoneñ. contra Clerum, Ciues, Incolas, & Habitatores dicti Oppidi Calatajubij, & illius Archidiaconatus Iurisdictionem ordinariam turbare prætendentes ad opportunum iuris remedium recurrere, nouamque Commissionem vsque de anno millesimo sexcentesimo quinto impetrare coacti fuerunt, quæ bonæ memoriæ Francisco Cardinali Sacrato tunc sacræ Rotæ Auditori in locum dicti bonæ memoriæ Achillis de Grassis mediatè suffecto præsentata extitit copia vnius Breuis in capite habens, tenoris subsequentis, videlicet. TIRASONEN. IVRISDICTIONIS. Dilecto filio nostro, & Apostolicæ Sedis in Regnis Hispaniarum Nuncio. Clemens Papa Octauus, Dilecte fili, salutem, & Apostolicam benedictionem. Romanum decet Pontificem in his authoritatem suam interponere per quæ Ecclesiastica iurisdictio cui competit reseruetur, prout in Domino salubriter conspicitur expedire. Cum itaq; sicut ad nos perlatum est Diœcesis Tirasoneñ. in duos Archidiaconatus

Breue fel. rec. Clementis Papæ Octaui Hispaniarũ Nuncio directũ pro parte Cleri Calatajubien. obtentum.

inter se prorsùs diuisos, & separatos alterum Tirasonen.& alterum Calatajubij nuncupatos diuidatur. Cumque in vnoquoque horum Archidiaconatuum tàm Episcopi pro tempore Tirasonen. quàm etiam Capitulum Sede Episcopali vacante vnum Officialem, & Vicarium Generalem constituere soleant non insolidum, sed diuisim, itaut Vicarius Archidiaconatus Tirasonen.nullam prorsus Iurisdictionem exercere valeat in Archidiaconatu Calatajubij, & intra illius limites, sed omnimoda tā spiritualis, quàm temporalis, ac tàm ciuilis, quàm criminalis Iurisdictio ad solum Vicarium Archidiaconatus Calatajubij spectet priuatiuè ad Vicarium Tirasonen. Cumque Officialis, seu Vicarius Archidiaconatus Calatajubij vnum & idem Tribunal constituat cum Episcopo, itaut à sententijs illius non ad Episcopum, sed ad Metropolitanum appelletur. A nonnullis tamen dubitetur an causæ delegatæ, & dispensationes matrimoniales commissæ Vicario Tirasonen. à Sede Apostolica spectantes ad personas districtus Vicarij Calatajubij possint cognosci à dicto Vicario Calatajubij, & priuatiuè ad Vicarium Tirasonen. & propterea nobis humiliter supplicatum fuit, vt in præmissis de opportuna declaratione prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos de præmissis certam notitiam non habentes ad omne dubium tollendum ex voto Venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacri Concilij Tridentini Interpretum tibi per præsentes committimus,& mandamus, vt de præmissis te diligenter informes, & si per huiusmodi informationem ea veritate niti repereris, quodque Vicarius Catajubij in dicto districtu sit Generalis, nullamque Vicarius Tirasonen.in eumdem districtum, eiusque personas habeat, licet exerceat Iurisdictionem,super quo tuam conscientiam oneramus auctoritate nostra declares, quod ipse Vicarius Calatajubij possit causas omnes delegatas,& dispensationes matrimoniales commissas Vicario Tirasonen. à Sede Apostolica, spectantes ad personas districtus Vicarij Calatajubij, & priuatiuè,quoad Vicarium Tirasonen. cognoscere possit,sicque ab omnibus censeri, & ita per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicare, & definire debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his à quocumque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus,non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Tusculi sub annulo Piscatoris die tertia Octobris millesimi quingentesimi sexagesimi primi: Pontificatus nostri anno decimo.

Alia Cōmissio præsentata bo. mem. Sacrato pro parte Reuerendiss. D. Episcopi Tirasonen. habens in eius Capite præinsertum Breue Clemētis Papæ VIII.

BEATISSIME PATER. Quamis deuota Sanctitatis Vestræ creatura Episcopus Tirasonen.habeat secundum iuris communis dispositionem eius exercitium suæ ordinariæ Iurisdictionis in tota eius Diœcesi, ac in qualibet illius parte, vel per se,vel per eius Vicarios ad liberam ipsius voluntatem, prout deuoti Sanctitatis Vestræ Oratores Decanus, & Capitulum Ecclesiæ Tirasonen. habent eamdem Iurisdictionem ordinariam Sede Episcopali vacante, nihilominus Clerus Oppidi de Calatajubio, & illius Archidiaconatus eiusdem Tirasonen. Diœces. cæpit prætendere Episcopos Tirasonen.non posse, nec debere exercere dictam Iurisdictionem ordinariam in dicto Oppido, & illius Archidiaconatu,nisi sub certis modo, & forma eidem dispositioni iuris communis diuersis,& forsan contrarijs; Quocirca inter Episcopos Tirasonen. qui pro tempore fuerunt, & prædictum Clerum, & forsan alios versa fuit lis, & causa de & super præmissis, & forsan rebus alijs in vestro sacri Palatij Rotæ Auditorio, in quo deuentum fuit ad quamplures actus, & signanter fuit Episco-

po

po contra prædictum Clerum, & omnes alios concessum mandatum decum manutenendo in quasi possessione exercendi eius ordinariam Iurisdictionem in dicto Oppido, & illius Archidiaconatu per se, vel alios liberè, & indifferenter, & ad eius liberam voluntatem, sed Clerus prædictus, & Vniuersitas, & homines prædicti Oppidi tacitis omnibus supradictis, & signanter tacita lite prædicta præinsertas litteras in forma Breuis expeditas subreptitiè, & obreptitiè à fęlicis recordationis Clemente Papa VIII. extorserunt. Cum autem Pater Sancte contenta in prædictis litteris præinsertis pendeant à decisione causæ in Rota vertentis, & litterę prædictæ ob non factam mentionem dictæ litis vertentis sint nullæ, & inualidæ, & non debeant sortiri effectum; Ideo creatura prædicta, ac Decanus, & Capitulum Sanctitatis Vestræ Oratores supplicant humiliter Sanctitati Vestræ, quatenus dignetur cognitionem contentorum in dictis præinsertis ad se auocare, ac committere, & mandare Reu. P. D. Sacrato eiusdem Rotæ Auditori in locum illius, coram quo causa huiusmodi pendebat suffecto, non obstantibus præinsertis litteris causam, & causas, vt petitur, in Rota pendentes, ac super contentis in dictis præinsertis, & rebus alijs audiat, cognoscat, terminet, atque decidat, perinde ac si pręinsertæ litteræ non emanassent cum potestate prædictos Aduersarios, omnesque alios &c. citandi, illisque, ac Nuncio Sanctitatis Vestræ in Regnis Hispaniarum residenti, cui præinsertæ directę fuerunt, ac quibus, & quoties opus fuerit sub censuris Ecclesiasticis, & pecuniarijs eius arbitrio infligendis pœnis inhibendi &c. & alijs facultatibus necessarijs, & opportunis præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis stylo Palatii, & Curiæ, cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscumque statum &c. tenores &c. pro plenè, & sufficienter expressis haben. De mandato Domini Nostri Papæ audiat idem Auditor citet, inhibeat etiam sub censuris, & pęnis procedat vt petitur, & Iustitiam faciat præmissis nō obstantibus. Placet C. Vigore cuius cōmissionis manu propria recol. me. Pauli Papę V. signatę, dictus bo: me: Frāciscus Sacratus ad quāplures actus iudiciales citra tamen causæ conclusionē ritè, & rectè processit, & deindè interiecto satis notabilis tēporis interuallo insurrexit quidam Dominicus Gordo dictę Collegiatę Ecclesiæ Oppidi Calatajubij Tirasonen. Diœcesis Decanus, contra quē, & Canonicos eiusdem Ecclesiæ, & adhærentes, Reuerendissimus Episcopus, ac Decanus, Canonici, & Capitulum Ecclesiæ Tirasonen. agere, eorumque prætensionem euertere satagentes nouam commissionis copiam dictorum præinsertorum Breuis, & commissionis, ac alterius in eius capite haben. porrexerunt, & signari obtinuerunt tenoris sequentis videlicet. Dilecto filio nostro, & Apostolicæ Sedis in Hispaniarum Regnis Nuncio Clemens Papa Octauus, Dilecte fili salutē, & Apostolicam benedictionem Romanum decet Pontificem in his auctoritatem suam interponere, per quæ Ecclesiastica Iurisdictio, cui competit reseruetur, prout in Domino salubriter conspicitur expedire. Cum itaque sicut ad nos perlatum est Diœcesis Tirasonen. in duos Archidiaconatus inter se prorsus diuisos, & separatos alterum Tirasonen. & alterū Calatajubij nuncupatos diuidatur, cumque in vnoquoque horum Archidiaconatuum, tàm Episcopi pro tempore Tirasonen. quàm etiam Capitulum Sede Episcopali vacante, vnum Officialem, & Vicarium Generalem constituere soleant non insolidùm, sed diuisim, itaut Vicarius Archidiaconatus Tirasonen. nullam prorsus Iurisdictionem exercere valeat in Archidiaconatu Calatajubij, & intra illius limites, sed omnimoda tàm spiritualis, quàm temporalis, ac tàm ciuilis, quàm etiam criminalis Iurisdi-

Breue fel. rec. Clemen. Papæ Octaui simile supradicto

 risdi-

risdictio ad solum Vicarium Archidiaconatus Calatajubij spectet priuatiuè ad Vicarium Tirasonen. Cumquè Officialis, seu Vicarius Archidiaconatus Calatajubij vnum, & idem Tribunal constituat cum Episcopo, itaut à sententijs illius non ad Episcopum; sed ad Metropolitanum appelletur; à nonnullis tamen dubitetur an causæ delegatæ, & disputationes matrimoniales commissæ Vicario Tirasonen. a Sede Apostolica, spectantes ad personas districtus Vicarij Calatajubij possint cognosci à prædicto Vicario Calatajubij, & priuatiuè ad Vicarium Tirasonen. & propterea nobis humiliter supplicatum fuit, vt in pręmissis de opportuna declaratione prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos de prædictis certam notitiam habentes ad omne dubium tollendum ex voto Venerabilium Fratrum Nostrorum Sacræ Romanę Ecclesiæ Cardinalium Sacri Concilij Tridentini Interpretum tibi per præsentes committimus, & mandamus, vt de præmissis te diligenter informes, & si per huiusmodi informationem ea veritate niti repereris, quodquè Vicarius Calatajubij in dicto districtu sit generalis, nullamquè Vicarius Tirasonen. in eundem districtum, eiusque personas habeat, licet exerceat Iurisdictionem, super quo tuam conscientiam oneramus auctoritate nostra declares, quod ipse Vicarius Calatajubij possit causas omnes delegatas, & dispēsationes matrimoniales commissas Vicario Tirasonen. à Sede Apostolica spectantes ad personas districtus Vicarij Calatajubij, & priuatiuè quoad Vicarium Tirasonen. cognoscere possit, sicquè ab omnibus censeri, & ita per quoscumquè Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritū, & inane quicquid secus super his à quocumq; quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus non obstantibus Cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisquè contrarijs quibuscumquè. Datum Tusculi sub Annulo Piscatoris die tertia Octobris millesimo sexcentesimo primo, Pontificatus Nostri Anno Decimo.

Alia Cōmissio præsentata eidem bo. mem. Sacrato similis supradictæ habens in eius Capite præinsertum supradictum Breue.

BEATISSIME PATER, Quamuis deuota Sanctitatis Vestræ creatura Episcopus Tirasonen. habeat secundum iuris communis dispositionem eius exercitiū suæ ordinariæ Iurisdictionis in tota eius Dięcesi, & in qualibet illius parte, vel per se, vel per eius Vicarios ad liberam ipsius volūtatem prout deuoti Sanctitatis Vestræ Oratores Decanus, & Capitulum Ecclesiæ Tirasonen. habent eamdem Iurisdictionem Sede Episcopali vacante, nihilominus Clerus de Calatajubio, & illius Archidiaconatus eiusdem Tirasonen. Diœcesis cæpit prætendere Episcopos Tirasonen: nō posse, nec debere exercere dictam ordinariā Iurisdictionem in dicto Oppido, & illius Archidiaconatu nisi sub certis modo, & forma eidem dispositioni iuris communis diuersis, & forsan contrarijs. Quocirca inter Episcopos Tirasonen. qui pro tempore fuerunt, & prædictū Clerū, & forsan alios versa fuit lis, & causa de, & super præmissis, & forsan rebusquè alijs in Vestro Sacri Palatij Rotæ Auditorio, in quo deuentum fuit ad quamplures actus, & signantèr fuit Episcopo contra prædictum Clerum, & omnes alios concessum mandatum de eum manutenēdo in quasi possessione exercendi eius ordinariam Iurisdictionem in dicto Oppido, & illius Archidiaconatu per se, vel alios liberè, & indifferentèr, & ad eius liberam voluntatem, sed Clerus prædictus, ac Vniuersitas, & homines prædicti Oppidi tacitis omnibus supradictis, & signantèr tacita lite prædicta præinsertas litteras in forma Breuis expeditas subreptitiè, & obreptitiè à felicis recordationis Clemente Papa Octauo extorserunt; cum autem Pater Sancte contenta in prædictis litteris præinsertis pendeant à

deci-

decisione causæ in Rota vertentis,& litteræ prædictę ob non factam mẽtionem dictæ litis vertentis sint nullæ, & inualidæ,& non debeant sortiri effectum . Ideo Creatura prædicta, ac Decanus, & Capitulum Sanctitatis Vestræ Oratores supplicant humiliter Sanctitati Vestræ quatenus dignetur cognitionem contentorum in dictis præinsertis ad se auocare , ac cõmittere, & mandare Reuerendo Patri Domino Sacrato eiusdem Rotæ Auditori in illius locum , coram quo huiusmodi pendebat causa suffecto, vt non obstantibus præinsertis litteris causam, & causas,vt petitur in Rota pendentes, ac super contentis in dictis præinsertis, & rebus alijs audiat, cognoscat, terminet, atquè decidat, proinde ac si præinsertæ litteræ non emanassent cum potestate prædictos Aduersarios , omnesquè alios , &c.citandi,illisque,ac Nuncio Sanctitatis Vestrę in Regnis Hispaniarum residenti cui præinsertæ directæ fuerunt , ac quibus, & quoties opus fuerit sub censuris Ecclesiasticis, & pecuniarijs eius arbitrio infligendis pœnis inhibendi, & alijs facultatibus necessarijs, & opportunis præmissis,ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis stylo Palatij , & Curiæ , cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscumque &c.statum &c. tenores &c.pro sufficienter expressis haben.&c. De mandato Domini nostri Papæ audiat idem Auditor citet inhibeat etiam sub censuris, & pęnis procedat vt.petitur, & iustitiam faciat . Placet C. BEATISSIME PATER . Exponitur humiliter Sanctitati Vestræ pro parte Deuoti illius Oratoris Ioannis Dominici Gordo Decani sæcularis , & Collegiatæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Maioris nuncupatæ Oppidi Ciuitatis etiam nuncupatæ Calatajubij Tirasonen.Diœcesis , quod licet alias felicis recordationis Iulius decundus, & Leo Decimus Romani Pontifices Sanctitatis Vestrę Prędecessores quondam Petro Villalon olim Decano dictę Ecclesię, eiusque successoribus Decanatuum prædictæ Ecclesiæ pro tempore obtinentibus, vt in dicto Decanatu, illiusque districtu Mitra, Anulo , & Baculo Pastoralibus, & alijs Pontificalibus Insignijs vti, ac Benedictionem solemnem post Missarum, Vesperorum, Matutinorum , & aliorum Diuinorum Officiorum solemnia populo inibi tunc interessenti dummodo Ordinarius loci, vel aliquis Apostolicæ Sedis Legatus ibidem præsens non sit, seu si præsens fuerit ad id expressus accedat assensus, elargiri liberè, & licitè possent, & valerent, concesserint , & indulserint prout in litteris Apostolicis desuper expeditis plenius continetur , ipseque Ioannes Dominicus Orator vti talis, & aliàs de iure, vsu, & consuetudine sit Sedi Apostolicæ immediatè subiectus, & à Iurisdictione Ordinarij, & in visitatione generali exemptus, ac à nemine tàm super executione dictarũ litterarum Apostolicarum, quàm etiam supra dicta exceptione molestari deberet, nihilominus modernus Episcopus Tirasonen. dictum Oratorem super executione dictarum litterarum , & exemptione à Iurisdictione Ordinarij supradictis molestare velle sese iactat , & vociferat . Et quia Pater Sancte prædicti Oratoris plurimum interest ab huiusmodi molestationibus via Iuris quanto citius liberari ; Ideò dignetur Sanctitas Vestra ad humiles prædicti Oratoris preces causam , & causas iactationis , & iactationum , ad indebitarum molestiarum , non tamen iudicialiter illatarum, necnon quam, & quas idẽ Orator super premissis, non tamen in iudicio deductas habet,& mouet,habereq;& mouere vult, & intendit contra, & aduersus Dominum Episcopum Tirasonen. de , & super executione earumdem litterarum , ac exemptione à Iurisdictione Ordinarij alicui ex Vestri Sacri Palatij Apostolici Causarum Auditoribus, siue Locumtenentibus committere, & mandare audiendas,cognoscendas,

Cõmissio præsẽtata R. P.D. Ioan. Baptistæ Pamphilio pro parte D.Ioan. Dominici Gordi Decani Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ Maioris Calatajubij .

ſcendas, decidendas fineque debito terminādas cum omnibus, & ſingulis ſuis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, connexis totoquè negotio principali ſummariè prout in beneficialibus cum poteſtate citandi tàm dictum Epiſcopum Tiraſonen. cui quando, & quoties opus fuerit etiam ſub cenſuris Eccleſiaſticis, & pecuniarum pænis arbitrio ſuo imponendis, moderandis, & applicandis inhibeñ. &c. contradictores &c. ſeruata forma Concilij Tridentini aggrauandi, reaggrauandi, interdicendi auxiliumquè bracchij ſæcularis ſi opus fuerit inuocandi alijſque facultatibus neceſſarijs, & opportunis præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis ſtylo Palatij cæteriſquè contrarijs non obſtantibus quibuſcumquè de mandato Domini noſtri Papæ audiat Magiſter Ioannes Baptiſta Pamphilius citet, indibeat etiam ſub cenſuris, & pænis procedat etiàm ſummariè, vt petitur, & Iuſtitiam faciat, Placet Domino Noſtro Papæ, Fabritius Cardinalis Verallus. BEATISSIME PATER, Tacuit Ioannes Dominicus Gordo Collegiatæ Eccleſiæ Oppidi Calatajubij Tiraſonen Diœceſis Decanus quod in Rota, & coram Domino Franciſco Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno Rotæ Locumtenente pendet cauſa antiqua inter deuotam Sanctitatis Veſtræ Creaturam Epiſcopum, & deuotos Sanctitatis Veſtræ Oratores Decanum, & Capitulum Eccleſiæ Tiraſonen. ex vna, & Clerum, & perſonas dictæ Collegiatæ Eccleſiæ dicti Oppidi Calatajubij de, & ſuper ordinaria Iuriſdictione Creaturæ, & Oratorum in dictis Eccleſia, loco, & perſonis Calatajubij rebuſquè alijs &c. & illorum occaſione partibus ex altera à quibuſdam ab hinc annis à Sanctitate Veſtra ſecundo præinſerta in Rota confirmata in qua quondam Dominus Achilles de Graſſis Rotæ Auditor, & huiuſmodi cauſæ Iudex mandatum de manutenendo de menſe Iunij milleſimi quingenteſimi quinquageſimi primi Epiſcopo tunc Tiraſonen. conceſſit quæ ſi narraſſet vltimo præinſertam à Sanctitate Veſtra non extorſiſſet prout fecit, ac illa non contentus poſt illius vigore obtentam Citationem cum ſolita Inhibitione adiuit Auditorem Cameræ, & exhibita copia aſſertarum litterarum Leonis Decimi aſſerti Priuilegij ab eodem extorſit Monitorium ſub ſolitis ſententijs, cenſuris, & pænis de obſeruando, & non contraueniendo dictis aſſertis litteris Apoſtolicis dictaſquè litteras citatorias, & monitoriales penes ſe retinuit vſquè ad diem Vigiliæ Natiuitatis Domini Noſtri IESV Chriſti proximè decurſam, anni milleſimi ſexcenteſimi decimi ſexti in qua illas præſentari fecit Vicario Creaturæ in dicto Oppido reſidenti, & eodem die attentando, & innouando, ac creaturam in ſua Iuriſdictione turbando in Veſperis in dicta Eccleſia Collegiata Spretis proteſtationibus dicti Vicarij cum Mitra, Anulo, & Baculo Pontificalibus, & cum aſſiſtentia Ioannis de Canfran Cantoris, & Canonici, ac Ioannis Granada Canonici dictæ Eccleſiæ celebrauit de quibus per Procuratorem Fiſcalem menſæ Epiſcopalis criminalitèr in dicta Curia Epiſcopali querelati fuerunt; Cum autem, Pater Sancte, non ſit dubitandum quin dicti Decanus, & Canonici ſint comprehenſi ſub generalibus commiſſionibus, & mandato de manutenendo contra Clerum dicti Oppidi Calatajubij impetratis, ac decreto, & quin fuerit mera temeritas iſtius Ioannis Dominici Decani extorquere dicto vltimo præinſertam, & dictum Monitorium Auditoris Cameræ appenſatè attendando, & Creaturam in ſua ordinaria Iuriſdictione turbando proindè ſupplicat Sanctitati Veſtræ Creatura prædicta quatenùs ipſa dignetur cauſam, & cauſas de quibus in vltima præinſerta, & coram Auditore Cameræ quomodolibet introductas ad ſe auocare, illam-

Commiſſio præſentata bo. me. Sacrato pro parte Reuerendiſſimi D. Epiſcopi Tiraſonen. ac Capituli eiuſdem Eccleſiæ.

illamque, & illas, ac attentatorum, & innouatorum quorumcumque, ac quam, & quas Episcopus Creatura, & Decanus, & Capitulum Ecclesiæ Tirasonen. Oratores habent, & mouent, habereque, & mouere volunt, & intendunt contra dictos Decanum, Canonicos, & Capitulum dictæ Collegiatæ Ecclesiæ, ac totum Clerum dicti Oppidi Calatajubij, omnesque alios &c. de, & super ordinaria Iurisdictione in dictis locis, & personis, & suæ Diœcesis illiusque libero exercitio rebusque alijs &c. & illorum occasione eidem Domino Sacrato Archiepiscopo, & Locumtenenti summariè proùt in beneficialibus cùm omnibus, & singulis illarum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, audiendas, cognoscendas, decidendas; fineque debito terminandas, committere, & mandare cùm potestate quos vbi quando, & quoties opus fuerit in Romana Curia, & extrà eam citandi, ac sub censuris, & alijs pęnis inhibendi alijsquè suis facultatibus Rotalibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis stylo Palatij cæterisq; contrarijs non obstantibus quibuscumquè statum &c. pro sufficienter expressis haben. &c. De mandato Domini Nostri Papæ audiat idem Archiepiscopus citet, inhibeat etiam sub censuris procedat etiàm summariè proùt petitur, & Iustitiam faciat. Placet Domino Nostro Papæ. M. Cardinalis Barberinus.

POST cuius commissionis præsentationem orta super præinserti mandati de manutenendo executione controuersia, ad illam dirimen. dictus, bonæ memoriæ Franciscus Sacratus, Dubium particulare, an prædicti mandati Executioni, vel reiteratæ concessioni locus esset in Sacro Rotæ Auditorio acri supposuit certamini ex quo sub inserta resultauit decisio, videlicet.

R. P. D. S A C R A T O.

Tirasonen Iurisdictionis, *Veneris 28. Iunij 1619.*

DVbitaui, an mandatum aliàs relaxatum per bon. mem. Achillem de Grassis ad fauorem D. Episcopi Tirasonen. contra Decanum, & Collegiatam de Calatajubio super manutentione eiusdem Episcopi in quasi possessione exercendi Iurisdictionem in personas, & locum Archidiaconatus esset executioni demandan. vel quatenus opus esset denuo relaxari: & quoad executionem mandati Domini habuerunt difficultatem, quia iàm sunt elapsi sexaginta anni, quod illud mandatum relaxatum fuit, & non docetur Episcopos pro tempore dicto mandato fuisse vsos faciendo, aliquem actum illius vigore; vndè intrat conclusio, quod contra executionem præscribatur spatio triginta annorum, ne dum sexaginta annorum, *Achill. decis. 5. de præscript. Rota in Compostellana Cardinalatus 17. Nouembris 1586. coram Bubalo.* Decisio bon. mem. Sacrato.

Dixerunt tamen mandatum esse denuò concedendum eidem Episcopo, quia non fuit hucusquè controuersum Archidiaconatum de Calatajubio esse in Diœcesi Tirasonen. & hoc idem fuit enunciatum in pluribus commissionibus; & alijs scripturis in hac causa productis, & quoad hoc fundata est intentio ipsius Episcopi in eo quod esset certum ipsum per suos Vicarios semper exercuisse suam Iurisdictionem Episcopalem in dicto loco, quæ Iurisdictio donec aliud probetur præsumitur exercitata iure Ordinario, & prout alij Episcopi solent exercere in suis Diœcesibus, non autem iure extraordinario, & proptèr æquè principalem vnionem dicti Archidiaconatus cum Episcopatu Tirasonen. quia ius extraordinarium non præsumitur, qua ratione videmus, quod actus in dubio præsumun-

muntur facti iure plenę possessionis potius, quàm iure seruitutis, ex trad. per *Bart. quæst. 5. incip. adunantia, num. 2. & per Alex. cons. 136. nu. 2. lib. 1.* & vnio cum sit quid facti non præsumitur nisi probetur in specie, *Alex. cons. 70. in princ. vol. 3.* quem sequitur *Dec. cons. 233. col. 2. num. 2. vers. in vnione sequitur, Rip. respons. 1. num. 8. de leg.* & multo minùs hac extraordinaria forma, quod scilicet Archidiaconatus æquè principalitèr vniatur Episcopatui cum hoc non nisi de duabus Cathedralibus, quod scilicèt æquè principalitèr vniantur fieri consueuerit.

His stantibus, quod scilicet Archidiaconatus de Calatajubio sit in Diœcesi Tirasonen. fuit dictum, quod dicto Episcopo est danda manutentio in quasi possessione exercendi suam Iurisdictionem sicut exercet in omni alia parte suæ Diœcesis cum in hoc habeat assistentiam iuris communis, quæ sola sufficit pro manutentione in quasi possessione Iurisdictionis, *cap. cum persona de priuileg. in 6. Seraph. decis. 1104. & Mantic. decis. 332. num. 2. & 11. in fin.* & fuit etiam decisum in hac eadẽ causa *coram Achille de Grass. vt in decis. extensa per Caputaquen. decis. 306. par. 1. inter impressas*, sed vlterius adest actualis quasi possessio exercendi Iurisdictionem mediante persona Vicarij tenti per Episcopum in loco Calatajubij, qui Vicarius non sibi possedit, sed Episcopo, iuxtà not. in *cap. cum venissent, de restit. spol. & in l. galiteum, ff. de acquiren. possess. & in l. 1. per procuratorem, ff. eod. & Oldrad. consil. 199. num. 3. vers. sed his non obstantibus.*

Non obstat, quod non detur manutentio quando iuris assistentia redditur dubia per *Seraph. decis. 1328. par. 2. & in Montis Regalis Iurisdictionis 4. Nouembris 1607. coram Penia, & in Constantinien. Iurisdictionis 16. Nouembris 1607. coram Reuerendissimo Attrebaten.* & in alijs, in hoc autem casu reddatur dubia iuris assistentia, quia ex testibus examinatis coram dicto D. de Grassis apparet hunc Archidiaconatum antiquo tempore fuisse separatum ab Episcopatu Tirasonen. & posteà fuisse æquè principalitèr vnitum cum Episcopatu, cum hoc, quod Episcopi pro tempore in loco Calatajubij haberent Vicarium Generalem, qui cognosceret de causis, & à quo dabatur appellatio ad Metropolitanum fuit responsum dupliciter. Primò testes non benè probare prætensam vnionem, quia primus deponit de simplici auditu à nonnullis personis, cæteri nihil deponunt de vnione, & etiam cum super huiusmodi vnionibus soleant confici scripturæ videbatur Dominis, quod illæ deberent exhiberi, & non agi cum solis testibus, iuxtà notat. per *glos. in cap. 1. in verb. in scriptis, de censib. in 6. in l. census, ff. de probat. Felin. in cap. 1. num. 4. de appellat. Rota decis. 11. num. 6. de offic. delegat. in nou. vers. sed etiam, cum traditis in causa Meten. administrationis Episcopatus 10. Maij proximè præteriti coram me.*

Secundò fuit dictum, quod in proposito casu Episcopus non nititur sola iuris assistentia, sed etiam actuali possessione acquisita in iurisdictione quàm exercuit ipsius Vicarius, vt supra dictum est, ideoquè non applicantur iura loquentia de eo, qui nititur sola iuris assistentia.

Non obstat, quod ijdem Testes dicant, quòd Episcopus non consueuerit auocare ad se causas Archidiaconatus de Calatajubio, & quod ab illius Vicario appelletur ad Metropolitanum, quia quoad non auocationem fuit responsum, quod cum esset in facultate Episcopi auocare, & non auocare pro non auocatione non fuit apprehensus aliquis status contra Episcopum, quia aduersus facultates non præscribitur, & multo minus in iurisdictionalibus contra Superiorem, *Bart. in l. 1. §. huius interdicti, num. 3. ff. vnde possid. Caputaquen. d. decis. 306. num. 4. cum seq. par. 1.* Quantum ad appellationem fuit dictum, quod regulariter non datur appellatio à Vica-

rio

rio ad Episcopum, cum Vicarius faciat nomine ipsius Episcopi, & faciat vnum Tribunal cum illo, *cap. non putamus, de consuet. Rota decis. 2. num. 22. & 23. in fin. par. 2. diuers.* Ideò nil mirum si fuit appellatum ad Metropolitanum.

Et ità vtraquè parte informante &c.

HAc decisione ædita dictoquè Francisco Sacrato ad Cardinalatus fastigium assumpto, in eius locum ex speciali rescripto bonæ memoriæ Franciscus Vbaldus subrogatus extitit coram quo parum, vel nihil acto, dicto Sacrato præfatus Illustrissimus Dominus Rojas mediatè successit; & quia nec minus coram eo aliqua huius causæ discussio contigit ipso ad Archiepiscopatum Tarraconen. euecto Reuerendissimus D. Episcopus, & Capitulum Ecclesiæ Tirasonen. cognoscentes Decanũ dictę Collegiatæ Ecclesiæ Oppidi Calatajubij, & alios litis consortes prædictæ resolutioni Rotali nolle acquiescere; Imò Iurisdictionem ordinariam velle violare ad liti huiusmodi ceruicem amputandam R. P. D. Leonem Verospium nunc Coauditorem nostrum in locum dicti Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Francisci Rojas Archiepiscopi Tarraconen. subrogari obtinuerũt in vim specialis commissionis cuius tenor hic subnectitur.

Commissio pro Reuerendiss. Episcopo & Capitulo Tirasonen. præsentata R. P. D. Verospio

BEATISSIME PATER, Fuit vsque de anno millesimo quingentesimo quinquagesimo introducta lis, & controuersia in sacro Rotæ Auditorio coram bonæ memoriæ Acchille de Grassis inter Episcopum, & Capitulum Ecclesiæ Tirasonen. ex vna, ac Decanum Collegiatæ Ecclesiæ Beatæ Mariæ Oppidi Ciuitatis nuncupati Calatajubij super omnimoda Iurisdictione dicto Episcopo, & Sede vacante dicto Capitulo tàm quoad omnes Ecclesias, quàm quoad personas dictæ Diœcesis, ac super vsu Mitræ, Annuli, & Baculi Pontificalium, etiam priuatiuè quoad dictum Decanum competente, rebusquè alijs &c. partibus ex altera, in qua tunc ad diuersos actus iudiciales citrà tamen conclusionem processum extitit illamque tandem de anno millesimo sexcentesimo vigesimo bonæ memoriæ Franciscus Cardinalis Sacratus tamquam vnius ex Sac. Rotæ Auditoribus Locumtenens vti in locum bonæ memoriæ Acchillis mediatè suffectus reassumpsit, & ad nonnullos actus iudiciales etiam vigore nouæ commissionis, ei præsentatæ processit, cuius locum ob assumptionem ad Cardinalatus fastigium bonę memorię Franciscus Vbaldus de anno millesimo sexcentesimo vigesimo primo vti subrogatus occupauit. Verùm quia lis huiusmodi indecisa remansit, & remanet dignetur propterea Sanctitas Vestra ad moderni Episcopi Tirasonen. illiusque Capituli deuotorum Sanctitatis Vestræ Oratorum humiliter supplicantium instantiam aliquem alium, ex Vestri Sacri Palatij Apostolici Causarum Auditoribus in locum R. P. D. Rojas, qui alias in locum dictæ bonę memoriæ Francisci Sacrati mediatè suffectus extitit, & qui nunc est Archiepiscopus Tarraconen. subrogare in causa, & causis huiusmodi in statu, & terminis in quibus reperiuntur, cum omnibus facultatibus in commissionibus in actis præsentatis, & contentis, & signanter cum facultate citandi dictum Decanum aduersarium, omnesque alios, qui cum eo Iurisdictionem ordinariam violare ausi fuerunt, illisq; & quibus, ac quoties, & quando opus fuerit etiam sub censuris, & pœnis inhibendi, cæteraquè faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, & exequendi in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna pręmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisquè contrarijs non obstantibus quibuscumque statum &c. pro plenè &c. haben. &c. de mandato Domini Nostri Papæ Magister Leo subrogatus procedat, vt

C peti-

petitur, & iustitiam faciat. Placet D.N. Papæ Iulius Card. Sacchettus.

Qua Commissione dicto R. P. D. Verospio sicut supra præsentata, citationeque cum inhibitione contrà dictū Decanum Collegiatæ Ecclesiæ Calataiubij exaduerso principalem, omnesquè alios sua communiter, vel diuisim interesse putantes extrà Romanam Curiam, & ad partes decreta, & cōcessa, illaque in ijsdem partibus executa, & in actis causę huiusmodi reproducta, nonnullisque iuribus merita illius concernentibus in ijsdem actis exhibitis, & debito iuris ordine seruato admissis cū pro parte dictorum Reuerendissimi Episcopi, & Capituli Tirasonen̄ pro manutentione in possessione exercendi Iurisdictionem ordinariam instaretur ad hunc cursum diuertendum dicti Decanus, & Canonici Oppidi Calataiubij exaduerso principales nonnullos coram eodem R. P. D. Verospio exhibuerunt Articulos ad illosque, & contenta in eis probandum se admitti insteterunt; Verùm cum pro parte dictorum Reuerendissimi D. Episcopi, & Capituli Tirasonen̄ principalium opponeretur de dictorū Articulorum irreleuantia hæc oppositio prædicto R. P. D. Verospio ansam prębuit dubium particulare in dicto Sacræ Rotæ Auditorio proponendi an remissoria ad effectum dictos articulos probandi veniret concedenda:

Quo per Dominos Coauditores suos maturè discusso partem affirmatiuam (cum retardatione tamen, vel sine, arbitrio Rotæ) amplexi fuerunt, & iuxtà prædictam resolutionem huiusmodi Remissoria de mense Iunij anni 1659. proximè præteriti, cum termino sex mensium ad dictos articulos, & contenta in eis probandum decreta relaxata, & expedita extitit, quo termino elapso alium nouum terminum duorum tamen mensium ad dictam Remissoriam exequutioni demandandam statuit, & pręfixit, sed cum etiam elapso dicto termino non doceretur de aliqua dictæ Remissoriæ exequutione Reuerendissimus Episcopus, & Capitulum Ecclesiæ Tirasonen̄ principales huiusmodi tædio affecti articulum manutentionis, seù illius resolutionem; Vlterius non esse protrahendam allegarunt. Vndè ad illis morem gerendum Dubium super eo in Sacro Rotæ Auditorio partibus hinc indè in voce, & in scripturis informantibus proposuit, & per Dominos Coauditores suos maturè, diligenterquè ventilato concorditer prædictā manutentionem esse concedendam censuerunt, vt ex decisione per eumdem R. P. D. Verospium extensa, & in lucem ædita constare dignoscitur, videlicet;

R. P. D. VEROSPIO.

Tirasonen̄ Iurisdictionis. *Die Lunæ* 18. *Iunij* 1660.

Decisio R. P. D. Leonis Verospij.

SVper exercitio Ordinariæ Iurisdictionis in loca, ac personas Archidiaconatus Oppidi Calataiubij suppositas, Reuerendissimus olim Tirasonen̄ Episcopus manutentionem de anno 1551. à bo:me; Achill. de Grass. huius sacri Tribunalis tunc temporis Auditore receperat, eaquè postmodum coram bon:mem: Cardinali Sacrato sub die 28. Iunij 1619. iterum decreta fuit, hac verò lite in vim specialis Commissionis mihi directè denuò excitata Domini demandarunt, vt Remissoria ad Capituli Calatajubij instantiam ad partes expedita non obstante, super manutentionis articulo dubium instituerem, quod in Episcopi fauorem fuit hodie resolutum.

Dum enim situs Oppidi Calatajubij cæteris vnà cum locis Archidiaconatus infrà limites Tirasonensis Diœcesis consistere conuincitur, Ordinaria proindè Iurisdictio Episcopo in ijsdem locis ex Iuris dispositione defertur, *ad Text. in cap. cum Episcopus* 7. *de offic. Ord. lib.* 6. *cap. cum personæ*, 7. *in fine*

fine, de priuileg.eodem lib.6, Marescott.variar. resolut. lib.2. cap.15.nu.1. Gratian. disceptat. forens. cap. 655. num.8. & 9. Rota decis.713. num.1. part. 4. diuers. & decis.501. num.1. part.2. recent. & in Salisburgen. Iurisdictionis 1. Iulij 1643. in §.prædicta situatione coram Reuerendissimo Tarraconensi,& 16 Iunij 1643. in §. Siquidem, coram me, cum alijs relatis iuribus in *Toletana Iurisdictionis 5. Maij anni præteriti in §.Iustificata ex his, coram R. P. D. meo Beuilaqua*, itaut ei quoquè debeat manutentio ex eadem Iuris assistentia decerni; *iuxtà Text. in add. cap.cum personæ, in fin. de priuileg. lib.6. Rot. in collect. decis. collectan.2287. Rota decis.396. nu.1. part.1. recent. coram Mantic. decis.322. num.1. & 2. & coram Vrgellen. decis.226. num.1. & in Barchinonen. Iurisdictionis 1. Iulij 1644. in §.Non obstat, vers. propter quam assistentiam, coram bon. mem. Bichio, & in Beneuentana Iurisdictionis 13. Maij 1652. in §.Vndè cum ex prædictis, coram R.P.D. meo Zarate confirmata 31. Ianuarij 1656. in §. Sed his, coram Reuerendissimo D. meo Decano*. Actuali ipsius Episcopi possessione de tempore motæ litis potissimè perspecta, successoribus in Episcopatu suffragari perapta, vt aduertit *Guidopap. decis.629. num.4. Rota coram Seraph. decis.1417. num.2. ad finem, & decis.501. num.2. part.2. recent.*

Nec vrgere visa fuit excitata iterum vnio Archidiaconatus cum Episcopatu, quæ sub ea lege subsecuta contenditur, vt Episcopus in locis vnitis Iurisdictionem, vel per semetipsum intrà Archidiaconatus limites residentem, vel electione Vicarij Generalis mediante teneretur exercere. Præterquam enim vnio hæc, atque conuentio quocũque probationum genere destituitur; Ea poterit in petitorio dumtaxat iudicio examinari; non autem Ordinariam Iurisdictionem Episcopi euertere ex testibus presertim ab anno 1550. examinatis comprobatam, deponentibus nimirum Vicarium dumtaxat Foraneum, non autem Generalem in Oppido Calatajubij fuisse cõstitutum, necnon in Ciuitate Tirasonæ Synodum cum Clericorum eiusdemmet Oppidi interuentu extitisse peractum; Quinimmò contentiosam Iurisdictionem ab Episcopo Tirasonæ residente, tàm contrà Decanum, quàm contrà Canonicos, & Clericos Archidiaconatus diuersis vicibus exercitam quoque concludunt. Ex his namque actibus Ordinariæ Iurisdictionis possessio de tempore litis motæ desumitur, ad cuius statum manutentio regulariter decerni consueuit, *iuxta Text. in §. Retinendæ*, ibiquè *DD. communiter instituit de interdict. Rota coram Gregor. decis.569.num.3. coram Buratt. decis.504. num.11.* cum alijs deductis *in Ariminen. prædij 14.Iunij 1658. in §.Ratio resolutionis, coram me.*

Nec poterit obesse Vicarij Generalis in eodem Oppido aliquoties subsecuta retentio; Vel quia ex hac electione à mera Episcopi facultate pendente, qui ad electionem Vicarij, nullatenus astringitur, iuxtà *decis.Put.45. num.1. lib.2. Mohed. decis.4. num.1. de offic. Vicarij, & in Valuen. Præeminentiarum 5.Maij præteriti in §.& visum est, cum seq. coram R.P.D. meo Taia.*, & latè probat *Gratian. disceptat. forens.655. nu.47.* Nulla quasi possessio Communitati, seù Capitulo Calatajubij aduersus Episcopũ delata censetur, iuxtà *decisionem Rotæ æditam in hac causa coram Achill. ac impressam inter decisiones Veralli decis.306. part.1. & coram Caualer. decis.418.num.9. & 10. Gratian. decis. March.112. nu.6. & 7. cum seqq. Barbos. de offic. & potestat. Episcop. part.3. allegat.54.num.125.* Vel quia deputatio Vicarij ab Episcopo lite iàm excitata processit cuius propterea spontanea super possessione cõfessio Ecclesiæ, seù successoribus in Episcopatu præiudicium aliquod inferre nequiuit, *ad Text. in cap. Veniens, num.8. de transact. cap. Præsertim, de Testib. lib.6.* notat *Abb. in cap.Ex multiplici, 3. num.2. de decim. Rota coram Verall. decis.128.*

 num.4.

num.4. part.2.& in Beneuentana Iurisdictionis 27.Ianuarij 1653. in §.Cæteri verò actus, propè finem, coram R. P. D. meo Zarate.

Remissoria deniquè super immemorabili quasi possessione generalem Vicarium obtinendi inuito licet Episcopo Capitulo Calatajubij sancita prosecutionem iudicij in causa manutentionis retardare non valet, cum immemorabilis ipsa neque posset suffragari, donec tribus conformibus sententijs eadem approbata foret, vt dixit *Rata decis.717. num.1. vers.Non obstat, part.4. diuers. & decis.600. num.6. & 7. part.4. tom.3. recent. & in Add. Beneuentana Iurisdictionis 27.Ianuarij 1653. in §. Præterea, coram R. P. D. meo Zarate.*

Et ita vtraque parte informante, &c.

EX qua decisione alijsque præcedentibus, vt optatus tandem eliceretur effectus ad Sedis Episcopalis, ac Reuerendorum DD.Decani, Canonicorum, & Capituli Ecclesiæ Tirasonen̄ principalium, siuè eorum Procuratoris instantiam Don Ludouicum Gomez Borges dictorum Decani, Canonicorum, & Capituli eiusdem Collegiatæ Oppidi Calatajubij, necnon etiam Incolarum d.Oppidi, eiusque Archidiaconatus, & districtus, aliorumque litis consortum exaduerso principalium Procuratorem ad videndum dictos Instantes manuteneri in possessione, vel quasi exercendi omnimodam ordinariam Iurisdictionem per se, vel suos Vicarios, etiam Foraneos, ac ipsos exaduerso principales, vbique, seù in quacumquè parte, siuè loco dictæ Diœcesis Tirasonen̄, iuxta formam, & tenorē præinsertarum decisionum, & mandatum de manutenendo desuper necessarium, & opportunum decerni, & relaxari per vnum ex prælibatis Sanctiss. Dn̄i Nostri Papæ Cursoribus citari mandauit ad diem, & horam infrascriptas, illisque aduenientibus comparente coram prædicto R.P.D.Verospio D.Ioāne Michaele Estonces Portionario dictæ Ecclesiæ Tirasonen̄, ac Sedis Episcopalis eiusdem Ecclesiæ Tirasonen̄, ac DD.Decani, Canonicorum, & Capituli principalium Procuratore, & aliàs omni meliori modo, & nomine in dicti exaduerso Procuratoris citati non comparentis contumaciam dictos principales suos, & sub nomine dictæ Ecclesiæ Reuerendissimum Episcopum Tirasonen̄, tàm forsan præsentem, quàm futurum in reali, actuali, & corporali possessione, vel quasi exercendi omnimodam ordinariam iurisdictionem per se, vel Vicarios suos, etiam Foraneos, in Incolas dicti Oppidi, ac alios litis consortes exaduerso principales vbiquè, & in quacumquè parte dictæ Tirasonen̄ Diœcesis, actusquè omnes iurisdictionales in præinserto mandato de manutenendo expressos, & quos assistentia iuris permittit, & complectitur faciendi manuteneri mandari, mandatumquè de manutenendo desuper necessarium, & opportunum decerni. concedi, & relaxari instanter postulante. Ex tunc Leò Verospius Auditor, & Iudex Commissarius subrogatus dicto exaduerso Procuratore citato non comparente, prò contumace reputato, in eius contumaciā attendens postulationem huiusmodi forè iustam, & rationi consentaneam, quodquè per parum prodeesset, resolutiones fauorabiles reportare, nisi scopum ad quem tenditur attingerent. Idcircò auctoritate Apostolica eidem commissa, de Dominorum Coauditorum (cum quibus super præmissis maturum antecessit colloquium) voto, & assensu præpetitum mandatum de manutenendo decernendum, concedendum, & relaxandum duxit, prout decreuit, concessit, & relaxauit, prout in suis Inde expeditis litteris, ad quas relationem haberi volumus, plenius continetur, & habetur.

Ab

Ab isto autem manutentionis decreto pro parte dictorum R.R. Dominorũ Decani, Canonicorum, & Capituli Ecclesiæ Collegiatæ Beatæ Mariæ Oppidi Ciuitatis nuncupati Calatajubij, & litis consortũ exaduerso principalium ad Sanctissimum, Sanctamquè Sedem Apostolicam prouocato, & appellato, idem Sanctissimus Causam appellationis huiusmodi in Rota committens, quamdam aliam commissionem, siue supplicationis papirij cedulam Reuerendo Patri Domino Flaminio Taiæ Coauditori nostro per vnum ex suis Cursoribus præsentari mandauit sub infrascripto tenore, videlicet. BEATISSIME PATER In Diœcesi Tirasonensi extant duo Archidiaconatus æquè principaliter vniti, Tirasonen. videlicet, & de Calatajubio nuncupati, in quorum vltimo licet Episcopus Tirasonensis à tempore Immemorabili Iurisdictionem contentiosam exercuerit, vel personaliter residendo in Oppido de Calatajubio, vel mediante Vicario generali in dicto Oppido retento, nihilominus nuperrimè Reuerendus Pater Dominus Verospius non minùs nullitèr, quàm iniustè relaxauit mandatum de manutenẽdo in possessione exercendi omnimodam iurisdictionem etiàm mediante Vicario Foraneo, vel sine illo, etiãsi extrà Archidiaconatum prædictum resideat, in fauorem dicti Episcopi, seù mensæ Episcopalis, aliorumque litis consortum aduersariorum. Dignetur igitur Sanctitas Vestra causam, & causas appellationis, & appellationum, nullitatis, & nullitatum ex tribus &c. notoriæquè iniustitiæ, ac iniquitatis infrà legitima tempora interpositæ, & interpositarum pro parte deuotorum S.V. Oratorum Regiminis, Incolarum, necnon Cleri eiusdem Oppidi de Calatajubio, aliorumque litis consortum à prædicto mandato de manutenendo, alijsque grauaminibus, necnon restitutionis in integrum prout de Iure aduersùs quamcumque prætensam rem iudicatam non tamèn ex tribus conformibus resultan. attentatorum, & innouatorum quorumcumquè vnà cum omnibus, & singulis suis incidendentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, connexis, totoque negotio principali, ac quam, & quas alicui Sacræ Rotæ Auditoribus attento quod agitur de perpetuo præiudicio audiendas, cognoscendas, decidendas, fineque debito terminandas committere, & mandare cum potestate citandi, & inhibendi dictos aduersarios, & eorum quemlibet, omnesque alios, quos, quibus, & quoties, vbi, & quando opus fuerit, & videbitur etiàm sub censuris ecclesiasticis, & alijs eius arbitrio pœnis &c. contradictores &c. cæteraque omnia, & singula faciendi, gerendi, exercendi, & exequendi in præmissis, & circà ea necessaria, & opportuna præmissis, necnon Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, stylo Palatij, & Curiæ, cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscumque statum &c. tenores &c. pro plenè &c. de mandato Domini Nostri Papæ audiat Manister Flaminius sine præiudicio mandati de manutenendo citet, inhibeat etiàm sub censuris, procedat, vt petitur, & iustitiam faciat. Placet Domino Nostro Papæ sine præiudicio mandati de manutenendo Iulius Cardinalis Sacchettus. Cuius quidem commissionis vigore idem Reuerendus Pater Dominus Taia Coauditor noster ad nonnullos actus, & terminos iudiciales inter partes præfatas, seù veriùs earum legitimos procuratores in causa, & causis huiusmodi ritè processit; sed cupientes Episcopus, & Capitulum Tirasonen. nedùm in possessorio, verùm etiàm in petitorio causam definiri Dubium, An constaret de bono Iure Reuerendissimi Domini Episcopi super exercitio omnimodæ Iurisdictionis, de qua agitur, in plena Rota proposuit, quo per Dominos Coauditores suos

Cõmissio Causæ appellationis à R. P. D. Verospio pro parte Incolarum, Regiminis, & Cleri de Calatajubio, & litis consortũ interposita.

suos maturè discusso, & affirmatiuè resoluto suam desuper decisionem extendit tenoris sequen. videlicet.

R. P. D. T A I AE.

Decis. R.P.D. Taiæ resolutionis factæ ad fauoré Reuerendiss. Episc. ac DD. Canonicorũ, & Capituli Ecclesiæ Tirasonen.

Tirasonen. Iurisdictionis. *Veneris* 11. *Martij* 1661.

POstquàm millesimo quingentesimo quinquagesimo primo coràm Achille de Grassis resolutum fuit Episcopo Tirasonen. concedendam esse manutentionem in quasi possessione exercendi omnimodam Iurisdictionem vbique in omnes subditos suæ Dioecesis, vt penès *Verallum decisione tricentesima sexta, parte prima*, & die quinta Iunij eiusdem anni expeditum est mandatum de manutenendo, reassumpta causa super eadem manutentione, vigesima octaua Iunij millesimo sexcentesimo decimo nono coram Sacrato denuò esse concedendam Rota decreuit; Deindè verò decima octaua Iunij millesimo sexcentesimo sexagesimo coram R.P.D. meo Verospio iterùm proposito dubiò super ipsa manutentione ad fauorem Episcopi fuit resolutum, ac successiuè expeditum mandatum de manutenendo, non obstantibus Remissorijs sæpè concessis Decano Calatajubij, alijsque litis consortibus, vndè ab ijsdem addita Signatura Iustitiæ mihi cum clausula sine præiudicio rescripsit.

Cupientes autem Episcopus, & Capitulum Tirasonen. nedum in possessorio, verùm etiàm in petitorio causam definiri; fuit propositum dubium, An constet de bono Iure Reuerendissimi Episcopi super exercitio omnimodæ Iurisdictionis ordinariæ vbiquè, & in quacumquè parte suæ Diœcesis in illos Oppidi, ac Communitatis, necnon etiàm Archidiaconatus Calatajubij, hodiè pro informante resolutum.

Siquidem nõ fuit dubitatum, Archidiaconatum, eiusq; districtum esse intra fines Diœcesis Tirasonen. & nihilominus verificatur ex pluribus commissionibus, mandatis, alijsquè Iuribus Decani Calatajubij, aliorumque litis consortum, prout decisum iàm fuit *in d. deci. coram Sacrato* §. *Dixerunt.* Quibus certè positis in facto prędictum Archidiaconatum, eiusquè districtum esse situm in Diœcesi Tirasonen. planè de Iure Rota Episcopale Ius in omnibus eidem Episcopo Tirasonen. adiudicauit in eodem Archidiaconatu, eiusquè districtu, *vt inquit ad litteram Summus Pontifex* §. *Quia verò, capitulo septimo de except. cum alijs in dictis decisionibus ad satietatem, & præcipuè coràm R.P.D Verospio,* §. *dùm enim situs Oppidi Calataiubij.*

Nec obstat prætensa, & sæpè articulata vnio Archidiaconatus cum Episcopatu Tirasonen. cum conditione, quod Episcopus in locis vnitis Iurisdictionem, vel per seipsum, vel Vicarium generalem teneretur exercere, quia nunquàm fuit probata, vt intèr easdemmet partes fuit decisum dictâ die vigesima octaua Iunij 1619. *coràm Sacrato,* §. *non obstat, & coràm R.P.D. meo Verospio dicta decis.* §. *nequè vrgere.*

Minùs obstant Vicarij generalis deputatio in Archidiaconatu Calatajubij aliquoties subsecuta, & appellationes ad Metropolitanum Cæsaraugustanum factæ, quià ex illa deputatione Vicarij vti actu meræ facultatis nullum Ius, nec possessio fuit Decano Calatajubij, eiusquè litis consortibus acquisitum; & regularitèr à Vicario non datur appellatio ad Episcopum, cùm Vicarius nomine Episcopi constituat vnum, & idem Tribunal, quæ omnia resoluta fuerunt *penès Verallum dicta decis. tricentesima sexta, num. tertio coràm Sacrato,* §. *vltimo, & coràm Reuerendo Patre Domino Verospio,* §. *Nec poterit obesse.*

Nec placuit Dominis annuere petitę dilationi ad probãdum etiam ex causa

ſa mortis Epiſcopi Tiraſonen.quia vt reſponſum eſt, cùm ſit excitata prætenſio, & inchoata cauſa olim à ſeculo coràm Achille de Graſſis anno 1550. & modernus Epiſcopus iàm reſideat ſuper ſeptem menſes, quo tempore nihil actum apparet, creditum quoquè eſt nihil agendum. Et ita &c.

QVa deciſione extenſa cùm pro parte Reuerendiſs. D. Epiſcopi, ac Reuerendorum Dominorum Canonicorum, & Capituli Eccleſiæ Tiraſonen. principalium pro expeditione cauſæ inſtaretur, idem Reu. P. D. Taia viſis videndis, ſeruatiſquè de iure ſeruandis, ac cognitis ad plenum ipſius cauſæ meritis de dictorum Domminorum Coauditorum voto, & aſſenſu ſuam in ſcriptis tulit, & promulgauit ſententiam diffinitiuam infraſcripti tenoris, videlicet. CHRISTI NOMINE INVOCATO. Pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes; Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam, quam de DD. Coauditorum noſtrorum conſilio, voto pariter, & aſſenſu ferimus in his ſcriptis in cauſa, & cauſis, quæ coràm bo. me. Achille de Graſſis Sacræ Rotæ Auditore iàm vſquè de anno 1550. & ſucceſſiuè coram diuerſis alijs eiuſdem Sacræ Rotæ Auditoribus in huiuſmodi cauſa ſubrogatis, & vltimo loco coram Nobis in vim ſpecialis commiſſionis in gradu appellationis à mandato de manutenebdo per Reu. D. Veroſpium Coauditorem noſtrum ad fauorem Reuerendiſs. D. Epiſcopi Titaſonenſis conceſſo, & relaxato inter dictum Epiſcopum, necnon Capitulum, & Canonicos Eccleſię Tiraſonen. qui dicto Epiſcopo Sede Epiſcopali vacante, in eius ordinaria iuriſdictione de Iure ſuccedunt Actores ex vna, & Decanum, Capitulum, & Canonicos Eccleſiæ Collegiatæ Beatæ Mariæ Ciuitatis Calatajubij Tiraſonen. diœceſis, necnon etiam Conſilium, ac Vniuerſitatem eiuſdem Ciuitatis, illiuſque Communitatis hominum, Pagorum, ac Territorij iuratos, officiales regios, Parrochialium Eccleſiarum Procuratores, Conſiliarios, Ciues, Incolas, ac habitatores præfatæ Ciuitatis Calatajubij reos conuentos de, & ſuper omnimoda Iuriſdictione ordinaria, quam intra ſuam Diœceſim vbique, & in quacumque illius parte dictus D. Epiſcopus liberè exercere prætendit, vt Sede Epiſcopali vacente præfati Capitulum, & Canonici Eccleſiæ Tiraſonenſis, rebuſque alijs in actis cauſæ, & cauſarum huiuſmodi latiùs deductis partibus ex altera: Dicimus, pronunciamus, declaramus, & diffinitiuè ſententiamus ad prædictum D. Epiſcopum liberè, ac pleno iure ſpectaſſe, & pertinuiſſe Ius inſtituendi, corrigendi, puniendi, omnimodamque Iuriſdictionem ordinariam per ſe, vel ſuos Vicarios etiam foraneos, alioſquè Miniſtros in prædictos Decanum, Canonicos, & Capitulum Ciuitatis Calatajubij, & quoſcumquè alios litis conſortes, Ciues videlicet, Incolas, & habitatores Ciuitatis, & Communitatis, vel etiam Archidiaconatus de Calatajubio exercendi vbiquè, & in quacumque parte prædictæ ſuæ Diœceſis Tiraſonen. & proindè dicto D. Epiſcopo, eiuſque Miniſtris licuiſſe, & licere dictam Iuriſdictionem ordinariam in ſuperiùs nominatos exercere, nullumquè Ius, nullamquè actionem competijſſe, nequè competere dictis Decano, Capitulo, & Canonicis Calatajubij, alijſquè litis conſortibus ad impediendum dictum D. Epiſcopum, eiuſquè Miniſtros, quominùs potuerint, & poſſint liberè, ac pleno Iure exercere, & exerceant prædictam Iuriſdictionem in prædictos Decanum, Capitulum, & Canonicos, necnon etiam Ciues, Incolas, & habitatores Ciuitatis Calatajubij, eiuſque Communitatis, & Archidiaconatus vbiquè, & in quacumque parte Diœceſis Tiraſonen. ad arbitrium, & liberam voluntatem d. D. Tiraſonenſis Epiſcopi, eiuſque ſucceſſorum

Sententia diffinitiua R. P. D. Taiæ lata ad fauorem dd. Reuerēdiſſimi Epiſcopi, ac Canonicorum & Capituli Eccleſiæ Tiraſonen.

in

in dignitate Episcopali, molestationesque, perturbationes, & impedimenta quæcumque per dictos Calatajubenses eidem D.Episcopo, illiusque Ministris præstitas, facta, illata, & inferri comminata fuisse, & esse temeraria, iniqua, illicita, & iniusta, & de facto præsumpta, illasque,& illa minimè facere licuisse, neque licere, & propterea dictis Decano, Capitulo, & Canonicis Ciuitatis Calatajubij, eiusque Ciuibus, Incolis, habitatoribus, alijsque litis consortibus perpetuum silentium in,& super præmissis, & illorum occasione imponendum fore, & esse, prout imponimus, mandatumque, & mandata quæcumque in præmissis, & circà ea quomodolibet necessaria, & opportuna decernimus, & relaxamus, victosque victori in expensis condemnamus, illarum taxationem nobis reseruantes, & ità dicimus, sententiamus &c.non solùm præmisso, sed & omni alio meliori modo &c. Ità pronunciaui Ego Flaminius Taia Sacræ Romanæ Rotæ Auditor.

A qua paritèr pro parte Reuerendorum Dominorum Decani, Canonicorum, & Capituli Ecclesiæ Collegiatæ Calatajubij ad Sanctissimum, Sanctamque Sedem Apostolicam iterùm prouocato,& appellato,idem Sanctissimus causam appellationis huiusmodi denuò in Rota committens subinsertam commissionem,siuè supplicationis papyrij cedulam R.P.D. Antonio Albergato similitèr Coauditori nostro per vnum ex Sanctitatis Suæ Cursoribus præsentari fecit infrascripti tenoris videlicet. BEATISSIME PATER. In Diœcesi Tirasonensi duo adsunt Archidiaconatus auctoritate Apostolica æquè principaliter vniti nuncupati videlicet Tirasonen.& Oppidi de Calatajubio, & licet in vltimo Reuerendissimus Episcopus Tirasonen. Iurisdictionem præcipuè cōtentiosam exercere non possit, nisi vel personalitèr residendo in supradicto Oppido, ac illius Territorio, vel mediante Vicario generali pro eodem Archidiaconatu specialitèr deputato, ibiquè continuò commorante, prout à cuius initij tempore memoria hominum non extat, fuit sine alicuius contradictione obseruatum, nihilominùs Reu. P. D. Taia Sacræ Rotæ Auditor Iudex Commissarius per sentētiam diffinitiuam in prima instantia latam ad assertum fauorem mensæ Episcopalis,ac Capituli Tirasonensis aduersariorum non minùs nullitèr, quàm iniustè declarauit eidem Episcopo competere Ius omnimodam exercendi Iurisdictionem in vniuersa Diœcesi, & signantèr in supradicto Archidiaconatu, etiam si ibi personalitèr non resideat, minùsque Vicarium generalem ibidem retineat in graue damnum, & præiudicium deuotorum Sanctitatis Vestræ Oratorum Decani, Capituli eiusdem Oppidi, & aliorum litis consortum, qui propterea ab eadem sententia ad Sanctitatem Vestram infrà legitima tempora appellarunt; Dignetur igitur Sanctitas Vestra huiusmodi causam, & causas appellationis, & appellationum, nullitatis, ac nullitatum ex tribus &c. notoriæque iniustitiæ, ac iniquitatis, necnon restitutionis in integrū, prout de Iure aduersus quamcumque prætensam rem iudicatam, non tamen ex tribus conformibus resultantem, & alia quæuis præiudicialia saltem ex generali clausula, si qua mihi &c. attentatorum, & innouatorum quorumcumque vnà cum omnibus, & singulis suis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, connexis, totoque negocio principali, ac quam, & quas alicui ex Sacri Vestri Palatij causarum Auditoribus audiendas, cognoscendas, decidendas, fineque debito terminandas summariè, prout in Beneficialibus committere, & mandare cum potestate citandi, & inhibendi dictos aduersarios, omnesque alios, quos, quibus, & quoties, vbi,& quando opus fuerit, & videbitur etiam sub censuris

Cōmissio appellationis à sententia dicti R.P. D. Taiæ pro parte Reginimis, Incolarū, & Cleri Calatajubij,& litis cōsortum interpositæ.

ſuris Eccleſiaſticis, & alijs eius arbitrio pœnis &c. Contradictores &c. cœteraquè omnia, & ſingula faciendi, gerendi, exercendi, & exequendi in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria, & opportuna præmiſſis. necnon Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtylo Palatij, & Curiæ, cœteriſquè contrarijs non obſtantibus quibuſcunque ſtatum &c. tenores &c. pro plenè &c. De mandato Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ audiat Magiſter Antonius citet, Inhibeat etiam ſub cenſuris procedat vt petitur, & iuſtitiam faciat. Placet Domino Noſtro Papæ. Iulius Cardinalis Sacchettus. POST CVIVS QVIDEM præinſertæ Commiſſionis præſentationē, & illius vigore omnibus actis priorum inſtantiarum coram dicto R. P. D. Albergato tranſportatis, ac coram eo ad quamplures actus, & terminos Iudiciales inter partes præfatas, ſeù verius earum legitimos procuratores ritè proceſſo. Succeſſiuè idem R. P. D. Albergatus Dubium, An Sententia R. P. D. Taiæ eſſet confirmanda, vel infirmanda ſubſcripſit, illudque diſputandum in plena Rota propoſuit, eoque per Dominos Coauditores ſuos maturè diſcuſſo, & pro confirmatione reſoluto, ſuam ſuper dicta reſolutione in lucem edidit deciſionem ſub infraſcripto tenore videlicet.

R. P. D. ALBERGATO.

Tiraſonen̄ Iuriſdictionis. *Veneris 3. Iunij* 1661.

Deciſio R. P. D. *Albergati* emanata ad fauorem eorūdem Reuerendi s. Epiſcopi, ac Canonicorum, & Capituli Tiraſonen.

RESponſum fuit Sententiam Rotalem eſſe confirmandam; Nàm validitas comprobatur ex reuolutione actorum, & Iuſtitia reſultat ex deductis in deciſionibus in hac cauſa emanatis coram Achille de Graſſis, bonæ memoriæ Sacrato, & Reuerendis Patribus Dominis meis Veroſpio, & Taia, vt dictum fuit in *deciſ.* 325.*num.*4.*par.*5.*deciſ.*151.*num.*3.*&* 5. *part.*7. *recent.* & in his terminis *in Salisburgen. Iuriſdictionis* 25. *Iunij* 1651. *coram Reuerendiſſ. Papien.* §. *Iuſtitia ſimiliter*.

Non enim controuerti poteſt Ciuitatem Calataiubij, aliaque loca de quibus agitur, eſſe in, & de Diœceſi Tiraſonen. ac concludenter conſtat ex ſummarijs pro parte Epiſcopi datis in alijs poſitionibus; Vndè idem Epiſcopus fundatam habet intentionem ſuper exercitio omnimodę Iuriſdictionis in perſonas Communitatis, & Archidiaconatus eiuſdem Ciuitatis non ſolùm de iure communi *cap. omnes Baſilicæ* 16. *quæſt.* 7. *cap. conquerente* 16. *de offic. ordin. Federic. de Sen. conſ.* 145. *num.* 6. *Rota coram Merlino deciſ.* 152. *num.* 1. *Barchinonen. Iuriſdictionis* 1. *Iulij* 1644. *coram bon. mem. Bichio, & in Beneuentana Iuriſdictionis* 31. *Ianuarij* 1656. *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano* §. *ſed his non obſtantibus*; Verùm etiàm ex diſpoſitione Sacri Concilij Tridentini ſeſſ. 6. cap. 5. & ſeſſ. 7. cap. 8. de reform. *Rota deciſ.* 41. *nu.* 2. *par.* 5. *recent. & in Toletana Iuriſdictionis* 9. *Maij* 1659. *ſub* §. *Iuſtificata ex his coram R. P. D. Beuilaqua*.

Non obſtat aſſerta vnio ſub conditione, quod teneatur Epiſcopus per ſe ipſum Iuriſdictionem exercere, vel per Vicarium generalem; Quia imaginaria, & nullo modo probata, vt reſpondetur in deciſione R. P. D. mei Taia, & proindè firma remanet facultas exercendi Iuriſdictionē, vel per ſe, vel per aliam perſonam ſibi beneuiſam, vt in deciſionibus ſupra relatis.

Ex quibus, & alijs pleniùs deductis in deciſionibus huius cauſę Domini dixerunt confirmandam eſſe Sententiam Rotalem.

Poſt hæc ad vlteriorem dictorum Reuerendiſſimi Epiſcopi, ac Reuerendorum Dominorum Canonicorum, & Capituli Eccleſiæ Tiraſonen. prin-

cipalium, siuè eorum Procuratoris instantiam, & petitionem idem R. P. D. Albergatus visis videndis, seruatisquè de iure seruandis præuia dictæ causæ meritorum cognitione de Voto, & assensu eorumdem Dominorum Coauditorum suorum in causa, & causis huiusmodi conclusit. suamquè supradictæ præinsertæ Sententiæ R.P.D. Taię confirmatoriam in scriptis tulit, & promulgauit sententiam diffinitiuam sub infrascriptis verbis, & tenore videlicet. CHRISTI NOMINE INVOCATO Pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes. Per hanc nostram diffinitiuam Sententiam, quàm de Dominorum Coauditorum nostrorum Voto pariter, & assensu ferimus in his scriptis in causa, & causis, quæ primo, & in prima coram bonæ memoriæ Achille de Grassis, & alijs succesiuè subrogatis, & signanter coràm R. P. D. Taia, & secundo, ac in secunda coràm nobis versæ fuere, & vertuntur instantiâ inter Reuerendiss. D. Episcopum, Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ Tirasonen. appellatos ex vna, & Decanum, Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ Beatæ Mariæ Ciuitatis Calataiubij Tirasonen. Diœcesis, nec non etiàm Consilium, ac Vniuersitatem eiusdem Ciuitatis, & Communitatis, vel etiàm Archidiaconatus de Calataiubio videlicet Iustitiam Iudicem ordinarium ipsius Ciuitatis, illiusquè Communitatis, Terminorum, Pagorum, ac Territorij iuratos, Officiales Regios, Parrochialium Ecclesiarum Procuratores, Consiliarios, Ciues, Incolas, & habitatores prædictæ Ciuitatis Calataiubij appellantes partibus, ex altera de, & super omnimoda Iurisdictione ordinaria, quàm intrà suam Diœcesim vbiquè, & in quacunquè illius parte dictus D. Episcopus liberè exercere prætenditur, & Sede Episcopali Vacante præfati Capitulum, & Canonici Ecclesiæ Tirasonen. rebusquè alijs &c. partibus ex altera. Dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, ac diffinitiuè sententiamus malè, nulliter, ac perperam fuisse appellatum, ac prouocatum à Sententia R. P. D. Taia, benequè, ritè, & rectè fuisse ab eodem R.P.D. Taia processum, pronunciatum, diffinitum, atquè Sententiatum, eiusquè Sententiam tamquàm validam, & iustam in omnibus, & per omnia confirmandam, & approbandam forè, & esse, prout confirmamus, & approbamus, victosquè victoribus in expensis condemnamus. Et ità dicimus sententiamus &c. non solum præmisso, sed, & omni alio meliori modo &c. ITA PRONVNCIAVI Ego Antonius Albergatus Sacræ Rotæ Auditor &c. A QVA SENTENTIA dicti Reuerendi Domini Canonici, & Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ Ciuitatis Calataiubij, & litis consortes exaduerso principales appellarunt, sed causam eorum appellationis committi facere non curarunt; Vndè dicti Reuerendissimus Episcopus, ac Reuerendi Domini Canonici, & Capitulum Ecclesiæ Tirasonen. principales causam appellationis huiusmodi committi obtinuerunt R.P.D. Vitaliano Viceconiti Coauditori nostro vigore subinsertæ Commissionis eidem auctoritate Apostolica præsentatæ tenoris sequentis videlicet. BEATISSIME PATER, Dignetur Sanctitas Vestra causam, & causas appellationis, & appellationum infrà legitima tempora, vt asseritur, interpositæ, & interpositarum pro parte, Decani, Capituli, & Canonicorum Ecclesiæ Collegiatæ Beatæ Mariæ Virginis Ciuitatis Calataiubij, nec non Consilij, seù Vniuersitatis, Ciuiumquè, Incolarum, & Habitatorum eiusdem Ciuitatis, ac Communitatis Calataiubij, eiusquè Archidiaconatus, aliorumquè litis consortum Aduersariorum à Sententia diffinitiua in secunda instantia per R. P. D. Albergatum Sacræ Rotæ

Sententia diffinitiua R. P. D. Albergati ad fauorem dd. Reuerendissimi Episcopi, ac Canonicorum, & Capituli Tirasonen. lata.

Commissio causæ appellationis interpositæ pro parte Regiminis Incolarũ, & Cleri de Calataiubio, & litis Consortum à dicta Sententia R.P.D. Albergati.

Rotæ Auditorem ad fauorem deuotæ Creaturæ Vestræ Episcopi Tirasonen. lata, ac promulgata, & confirmatoria alterius Sententiæ in prima instantia ad fauorem eiusdem Creaturę vestrę Episcopi Tirasonen. per R. P. D. Taiam dictę Sacrę Rotę Auditorem promulgatę de, & super ordinaria Iurisdictione, quàm dicta deuota creatura vestra in dictos aduersarios intrà Diœcesim Tirasonen. vbiquè, & in quacunque parte eiusdem Diœcesis exercere prętendit, rebusquè alijs &c. necnon prętensę nullitatis, seù nullitatum, ac restitutionis in integrū prout de iure &c. Vna cum omnibus suis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, totoquè negocio principali, ac quàm, & quas &c. alicui alteri Sacrę Rotę Auditori attento quod causa exaduerso non est alteri commissa audiendas, cognoscendas, decidendas, finequè debito terminandas committere, & mandare cùm facultate citandi, & inhibendi, tàm in Curia, quàm extrà, quos, quibus, quoties, vbi, & quando opus fuerit etiàm sub censuris, & pœnis eius arbitrio imponendis, & applicandis, & etiam per Edictum publicum constito &c. Contradictores quoscunquè in illas incidisse declarandi, aggrauandi, & reaggrauandi, auxiliumque Bracchij Sæcularis, quatenus opus fuerit, implorandi, & inuocandi, cœteraquè omnia, & singula faciendi, dicendi, gerendi, & exercendi in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna, pręmissis, nec non Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cęterisque contrarijs non obstantibus quibuscumquè statum &c. prò plenè, & sufficienter expressis haben. &c. DE MANDATO Sanctissimi Domini Nostri Papę audiat Magister Vitalianus citet etiàm per Edictum, Inhibeat etiàm sub censuris, procedat, vt petitur, & Iustitiam faciat. PLACET Domino Nostro Papę, Flauius Cardinalis Chisius. ISTIVS Siquidem vltimo loco pręsentatę Commissionis vigore, Actis priorum instantiarum coràm dicto R. P. D. Viccecomite transportatis, necnon exhibito coràm Eodem pro parte dictorum Reuerendorum Dominorum Decani, Canonicorum, & Capituli Ecclesię Collegiatę Calataiubij, & litis consortum exaduerso principalium, Processu Remissoriali de partibus depositionis plurium Testium in eisdem partibus vigore litterarum remissorialium Rotalium examinatorum fabricato, ac alijs probationibus hic in Curia factis, alijsquè iuribus, & munimentis ad causam huiusmodi facientibus iudicialiter productis, & repetitis, ac ad alios actus, & terminos iudiciales inter partes pręfatas, seù verius earū legitimos procuratores in causa, & causis huiusmodi ritè processo. Successiuè idem R. P. D. Viccecomes Coauditor noster, Dubium, An Sententia Rotalis R. P. D. Albergati esset confirmanda, vel infirmanda in plena Rota proposuit, ibiquè vtraquè parte acerrimè informante, maturè discusso, Domini Coauditores in secunda causę huiusmodi propositione responderunt Sententiam Rotalem esse confirmandam prout in Decisione desuper extensa sub tenore infrascripto videlicet.

R. P. D. VICECOMITE.

Tirasoneñ Iurisdictionis. *Veneris* 14. *Decembris* 1663.

EPiscopo Tirasoneñ decreta fuerat omnimoda Iurisdictio in Calataiubenses vbiquè exercenda per se ipsū, vel suos Vicarios foraneos virtute Sententię coram R. P. D. Albergato editę, alteram confirmantis R. P. D. mei Taię; Verùm ijdem minimè acquiescentes causam à Signatura mihi deferri curarunt, & dubio hodiè disputato, An Sententia Rotalis sit confirmanda, pro confirmatione Domini responderunt.

Decisio R. P. D. Vicecomitis resolutionis factæ ad fauorem supradictorum Reuerendissimi Episcopi, ac

 Iuris-

RR. Canonicorum, & Capituli Ecclesiæ Tirasonen.

Iurisdictio siquidem Episcopo in suos competit Diœcesanos; Cùm autem Calataiubenses esse tales respectu Ordinarij Tirasonensis inter partes nō controuertatur, vtiquè ipse Iurisdictionem in eosdem quamuis inuitos exercere valet *cap. de Xenodochijs, & cum Venerabilibus de Religiosis Domibus, cap. cum Episcopus de offic. ordin. lib. 6. cap. cum persona de Priuil.* ibique notant omnes eodem libro, *cap. omnes Basilicæ 17. quæst. 7. cap. Conquerente de offic. ordin. Roman. cons. 180. num. 4. vers. Habet enim Episcopus, Federic. de Sen. cons. 145. num. 6. ante finem, vers. Vndè si aliquis, Marescottus variarum resolutionum cap. 11. num. 2. & 3. lib. 1. Coccinus decis. 471. num. 1. Merlinus decis. 152. num. 1. & 2. Duranus decis. 226. num. 1. Rota decis. 243. sub num. 1. & 2. & decis. 141. num. 1. par. 5. recent. & decis. 328. num. 2. par. 2. diuers.*

Hanc verò Iurisdictionem vbiquè suę Diœcesis locorum exequi permittitur Episcopo, à cuius libertate pendet, Sedem in quacunque illius parte constituere ad *Textum expressum in cap. cum Episcopus de offic. ordin. & glossam communiter receptam in Clementina 1. in verbis aut earum parte de foro competenti,* In nihilo refragante quod duę pretenduntur Diœceses simul vnitę, quia omisso quod desuper nulla iustificatio affertur, tali casu vna censetur, ac Iurisdictio pro tota, & indiuidua reputatur quoad Episcopum, qui licet pluribus pręsit Ecclesijs, vnus tamen Pastor dicitur, atque vnus Prelatus capitulo, & temporis 16. *quæst. 1. cap. 1. vbi gloss. in verb. veniendo, ne Sede Vacante gloss. in Clement. 2. in verbo Ecclesias, Rota coram Caualerio decis. 418. numer. 3.*

Et ità Episcopus Tirasonę residens in Calataiubenses ius dicere valet exemplo Pręsidis Regimen duarum Prouinciarum habentis, qui in vna residens contentiosam potestatem, in alterius Prouincię subditos quoquè exequitur, eo quià respectu ipsius vna reputatur, licet inter se separatę sint, atquè distinctę *gloss. in cap. vt litigantes in verbo statuimus de officio ordin. in 6. cap. præsenti, in verbo finitur de offic. legat. cap. nouit. vbi in Hostien. num. 13. Ioannes Andreas num. 5. Gambar. de offic. legat. extrà Prouinciam Bartol. in l. fin. C. de Metropol. Berit. libro vndecimo Ias. in l. fin. num. 9. de Iurisdictione omnimoda Iudiciaria, num. 9. Aretin. qui de Communi testatur, cons. 136. num. 4. Rota decis. 537. num. 8. par. 4. tomo. 3. recent.* Vna cùm iuris assistentia actuale Iurisdictionis exercitium quoque concurrit, quàm Episcopi, & Tirasonæ, & alibi cōmorantes ab immemorabili tempore in Calataiubenses exercere consueuerunt, prout apertè conuincitur ex Testibus in litis initio receptis coram bon. mem. Achille de Grassis *Summario Episcopi, siuè Capituli num. 8.* & clarius demonstratur ex quāpluribus actibus, per Episcopos extrà Calataiubenses Territorij limites residētes exercitis ab anno 1201. & relatis in eodem *Summario num. 10. vsque ad 35.* & signanter (cœteris omissis) ex causæ commissione vigore appellationis interpositæ à decreto Officialis Calataiubij, causæ auocatione ab eodem Officiali ad Episcopum, relaxatione mandati contrà iuratos, & homines de Torralba; nec non alterius mandati contra Vicarium, & Clericos Sancti Petri de Franchis; Præcepto in Clerum Calataiubensem, vt Synodalibus Constitutionibus Tirasonæ edendis interesset; interdicto Ecclesiæ Comendæ de Villalonga; Recursu habito per eumdem Clerum Calataiubensem ad Vicarium generalem Tirasonæ residentem pro obtinenda aliqua prouisione super modo procedendi in Sanctissimi Corporis Domini Nostri Iesu Christi festiuitate ad obuiandum discordijs, ac scandalis oriri consuetis, à quo Vicario fuit Clero demandatum, vt ordo antiquitus seruari solitus seruaretur; detentione Decani Calataiubij in Tirasonæ carceribus; Sententia eum condemnante, eiusque acceptatione, & executione; Qui quidem

actus

actus veræ, ac contentiosæ Iurisdictionis possessionē præseferunt, quamuis vnicus, & minimus sufficiens æxistimetur ad illius conseruationem, *Schiader. de Feud. part. 10. sect. 20. num. 157. Adden. ad Gregor. decis. 162. nu. 11. Rota in Marsicen. Iurisdictionis 18. Februarij. & 17. Iunij 1647. coram bon. mem. Bichio, in Beneuentana Iurisdictionis §. cæteri tamen, versic. isti enim, 31. Ianuarij 1656. & 24. Ianuarij eiusdem anni, §. Quo verò coram Rouerendissimo Cerro.*

Hinc enim omninò insubsistens visum fuit suppositum Cleri Calatajubensis, nempè quod Ecclesiastica Iurisdictio olim pœnes Calatajubensem Archidiaconum vti ordinarium resideret, à cuius sententijs ad Cæsaraugustanum Mettopolitanum, non autem ad Episcopum Tirasoneñ appellationes admittebantur, & quod deindè Archidiaconatus Dignitate Aequè principaliter vnita Ecclesiæ Tirasoneñ in Calatajubenses Iurisdictionem exercere minimè consueuerit, nisi residendo intrà Archidiaconatus limites. Nàm quod olim Archidiacono Iurisdictio competierit, nullibi constat, neque vllus actus iurisdictionalis quamuis minimus per ipsum exercitus ostenditur, minusuè allegata vnio iustificatur, è conuerso verò Episcopus edocet etiam de annò 1201. Archidiaconatum in Ciuitate Tirasonæ sub Episcopali Iurisdictione residisse, ex quo à veritate omninò alienum detegitur, quod de eo tempore Archidiaconus tamquàm ordinarius resideret Calatajubij, ac ab illius sententijs appellaretur ad Cæsaraugustanum Metropolitanum, cum Cæsaraugusta non appareat in Metropolim erecta, nisi de anno 1318. & sic longè postquàm Archidiaconi residentiam habere solebant Tirasonæ, quinimò suppositum prędictum corruere visum fuit ex Rotali sententia edita de anno 1436. & in Iudicatum transacta, vbi pronunciatum extat Archidiacono Calatajubij nullam Iurisdictionem competere in Calatajubenses, *Summario Capituli num. 6.*

His pręmissis clara insurgit præsumptio Archidiaconatum denominari de Calatajubio, non ex eo, quòd in Ecclesia Calatajubensi fundationem assumpserit, sed quia introitus, ac redditus ad illum spectantes ibi percipiuntur, eoque magis cum non appareat vnquàm Archidiaconatum tamquàm Dignitatem à Sede Apostolica alicui fuisse collatum, quod proculdubio contigisset, vti de alijs Dignitatibus Sedi Apostolicæ reseruatis, in quocunque mense Vacent. Neque Calatajubenses vllum fundamentum constituere possunt super immemorabili cuius virtute inducitur præsumptio cuiuslibet melioris tituli de Mundo; Tùm quia ea excluditur ex recensitis contrarijs actibus per Episcopos gestis, quilibet enim actus contrarius immemorabilem interrumpit, etiamsi mille peracti fuerint ad inducendam præscriptionem; Imò solus rumor immemorabilem euertere valeat, cùm ad illius probationem (præ cæteris) requiratur quod nil vnquàm in contrarium visum, aut auditum fuerit, iuxtà *Textum in l. nemo, vbi gloss. notat in verb. Temporaria in fine, ff. de reg. iur. Abb. in cap. vltimò, num. 29. de Consuetud. Soccin. cons. 6. num. 11. lib. 1. Bero. cons. 5. num. 23. eod. lib. 1. Rota in Pampilonen. Iuris nominandi Vicarium 14. Decembris 1648. §. Imò coram Eminentissimo Otthobono in Beneuentana Iurisdictionis 13. Ianuarij 1653. coram Zarate, Add. ad Gregor. decis. 298. num. 13. decis. 254. num. 3. decis. 324. num. 13. part. 1. & decis. 432. part. 4. recent. in Palentina Decimarum 26. Ianuarij 1659. coram Renereudissimo D. Cerro Decano.*

Tùm etiam, quia Testes nuper examinati de anno 1661. ac currenti non habent sufficientem ætatem 54. annorum ante motam litem de iure requisitam, necesse siquidem est, quod deponant de visu per quadraginta annos ante litis initium, & tamen illorum senior annos 69. non excedit;

lis

lis verò inchoata dignoſcitur vſque de anno 1550. *cap.1. de præſcript. in 6. Seraphin. deciſ.1102.& deciſ.1450. in recent. deciſ.76.num.3. & deciſ.254. nu.1. part.1. recent. deciſ.248. num.3.& 4. part.2.* in adducta *in Hiſpalen. Decimarum §. Quoniam coram Reuerendiſſimo Cerro.*

Cæteri verò examinati de anno 1552. 1605., & 1620. nullum probationis gradum Conſtituere videntur, eo quia lite pendente non citata parte, & coram Iudice Layco, recepti fuere ad executionem impediendam mandati de manutenendo ab hoc Sacro Tribunali Decreti ad fauorem Epiſcopi, *l. Si quandò, §. Sed cùm opportet, C. de Teſtibus. l. Nemo, C. de Decur. lib.10. Alex. conſ.103. lib.5. coram Zarate, in Bononien. fideicommiſſi de Victorijs 5. Maij 1655. §. parui quoque, & in Firmana fideicommiſſi 27. Maij 1665. coram R.P.D. meo Albergato.*

Calatajubenſibus minùs ſuffragari valet confeſſio per Epiſcopum Yepes emiſſa de anno 1603. longè poſt introductam litem aſſerentem contentioſæ Iuriſdictionis exercitium in Calatajubenſes minimè Epiſcopo cõpetere, niſi reſidentiam teneat in territorio Calatajubij; Nam cùm de eo temporè iàm fuiſſet tributa manutentio Epiſcopo ſuper iure exercendi Iuriſdictionem vbique locorum ſuæ Diœceſis, dicta confeſſio detegitur erronea, ac fundata in partis aduerſæ inſubſiſtenti ſuppoſito, ibi: *Intendendo, che la giuriſdittione litigioſa non douemo, ne potemo eſſercitarla, ſtando fuori dell' Archidiaconato*; Ideòque apta non fuit, nec confitenti, nec eius ſucceſſoribus nocere, *l. non fatetur, ff. de confeſſ. Dec. conſ.408. num.5. Decian. conſ.55. num.29. Menoch. conſ.147. Gregorius deciſ.522. num.14.*

Præterquàmquod confeſſio Epiſcopi voluntaria nulloque iure cogente emiſſa nil præiudicij Eccleſiæ, ac ſucceſſoribus valet inferre, *Bald. in l.1. num.301. de confeſſ. Pariſ. conſ.47. nu.92. lib.1. Honded. conſ.60. num.72. vol.1. Maſcard. de probat. concluſ.367. num.24. Capucc. deciſ.198. part.1. & deciſ.768. num.5. in fin. part.2. recent.* Ratio verò ea eſt, ne Epiſcopis per viam indirectam rerum Eccleſiæ permittatur alienatio, quæ directè fieri prohibetur, *Caſtr. conſ.74. num.1. verſ. tertiò videtur, &c. lib.1. Pariſ. conſ.36. nu.11. lib.4. Rota deciſ.516. num.2. part.1. & deciſ.597. num.2. part.4. diuerſ.* ac penès *Garz. part.12. cap.3. num.7. Otthobon. deciſ.6. num.13. Merlin. deciſ.147. nu.7. Coccin. deciſ.106. nu.8.* penès *Poſch. de manutent. deciſ. 138.* cum alijs relatis *in Fauentina Parochialis 14. Iunij præteriti coram R.P.D. Ninott.* Concordiæ, & Tranſactiones inter ipſos, ac Calatajubij Clerũ Initæ nullius ſunt ponderis; Nàm vltrà quod (excepta illa de anno 1622.) non interuenit Capituli conſenſus, prout de iure requirebatur, *cap. nouit, cap. quantò, & cap. ea, Noſcitur de his, quæ fit à Prælat. ſi conſ. Capit., & Rota in Barchinonen. Adminiſtrationis 17. Martij 1645. coram Reuerendiſsimo Tarraconen.* Apoſtolica confirmatione minimè apparent munitæ, quæ in eis quoque expreſsè reſeruata conuincitur, neque impetrata pręſumi poteſt ex triginta annorum curſù, cùm verſemur circà Eccleſiæ præiudicialia: Ideòque reſiſtat, Vrbana Conſtit. in ordine 1491. Præterquàm illorum obſeruantia non docetur, quinimò inobſeruatæ pręſumuntur ex earum copia, ac multiplicitate, qua quidem obſeruantia Concurrere deberet cùm lapſu triginta annorum, in quibus tempus vitæ tranſigentis non compræhenditur, *Rota deciſ.27. num.18. part.1. tom.1. recent.*

Epiſcopis autem licere Iuriſdictionem in Calatajubenſes exequi per ſe, vel Vicarium Foraneum indubitati eſt iuris, neque cogi poſſe ad deputandum Vicariũ generalem, cuius Conſtitutio eſt in mero Epiſcopi arbitrio, *cap. cum Epiſcopus de offic. ordin. in 6. Rebuff. in prax. lit. de vnion. Benef. num.16. Rota deciſ.408. nu.10. & 13. coram Caualer. Put. deciſ.45. num.1. lib.2. Mohed.*

de-

decis.4. num.1. de offic. Vicar. Rota diuersor. decis.222. num.5. part.7. Seraphinus decis.74. in fine, Rota decis.537. num.8. part.4. tom.3. recent.

Inducta neque censetur in Episcopo obligatio deputandi Vicarium generalem, eo quia olim illos deputare consueuerit; Nàm omisso, quod duæ primæ deputationes loquentur de Vicario Foraneo, prout etiam comprehenditur ex eo, quod de anno 1378. Episcopus Tirasoneñ alteri Iudici Commisit causam appellationis à decreto Officialis Calatajubij, nec non vigore appellationis alteram Causam ad se ipsum auocauit, hoc enim Episcopo non fuisset permissum; Si decretum à Vicario generali emanasset, à quo ad Episcopum appellare prohibetur, *cap.2. de Consuetud. in 6. Sbrozz. de offic. Vicar. quæst.23. num.2. & seqq. Grat. cap. 653. num.508. Caualer. decis.418. num.4.* Aliæ verò subsequentes deputationes, quidquid sit, An re vera sint de Vicarijs Generalibus, vel ad solam Causarum Vniuersitatem nullum Ius Calatajubensibus triouere potuerunt, cum in actibus Facultatiuis cadere nequeat præscriptio, quæ liberam Episcopi facultatem restringat, *l.2. §. deindè Marcellus. & l. Si eo fundo, ff. de acquir. pluu. arcen. gloss. in l. qui luminibus, ff. de seruit. Vrban. Præd. Dec. cons.8. num.4. Rota decis.778. num.5. part.1. diuers. decis.556. nu.4. part.1. recent. & coram Achille in hac Causa deci.306. part.1.* Adeò ut nec manutenibilis possessio admittatur præsertim ad fauorem Subditi contrà Dominum non obstante quouis temporis lapsu etiam immemorabilis, *in cap. cum Ecclesia Sutrina, vbi Ripa nu.43. & seqq. de caus. poss. & propr. Bald. in l.1. nu.10. C. de seruit. & aqu.* vbi quod nulla præscriptio inducta præsumitur aduersus eum, qui per se, vel suos Antecessores per mille quoque annos ad alterius Molendinum ire consueuit, *Surd. post consil.127. num.82. in fine.*

Nec aduersatur, quod in actibus quoque facultatiuis cadat præscriptio, dummodò prohibitio, seu contradictio concurrat cum subsequenti acquiescentia, *Castr. in l. qui luminibus num.2. vers. Sed tamen, ff. de seruit. Vrban. Prædior. Seraphin. decis.1086. num.1. Rota decis.530. num.2. & 3. part.2. recent.* Nàm oppositiones, & contradictiones relatæ in *Summario Calataiubensium ex num.23. ad 25.* emanarunt post litis introductionem, ac mandati Rotalis relaxationem, ad cuius executioni resistendum ijdem recursum habuerunt ad Tribunal Iustitiæ Aragonum, ab eoque firmam executionis impeditiuam obtinuere, præ cuius timore Episcopi acquiescere coacti, *Summario Capituli num.37.* Ideòque ex tali acquiescentia nulla præscriptio aduersùs Ecclesiam, & Successores induci potuit, quibus Prælatorum negligentia præiudicare minimè valet ex deductis.

Denique non obest, quod Episcopus ex quadam æquitate eligere teneatur locum, qui minùs incommodùm Diœcesanis, inferat, proindèque cùm ab Archidiaconatù Calatajubij ad Ciuitatem Tirasonæ detur considerabilis distantia, & propter itineris longitudinem transire quoque oporteat per loca nimis difficilia, aspera, & montuosa, quinimò per aliarum Diœcesum Castra, saltem cogi debeat Episcopus ad Constituendum ibi Vicarium Generalem, *Nauarr. consil.2. num.2. ad med. post Fran. in cap. cum Episcopus de offic. ordin. in 6. Rota diuers. decis.297. num.1. & 8. part.2.*

Nam quicquid sit, An hæc sit causa sufficiens ad obligandum Episcopum, vt deputet Vicarium Generalem, contrarium conuincitur ex Testibus examinatis pro parte Capituli asserentibus à Territorio Calatajubij ad Ciuitatem Tirasoneñ dari commodum iter, ac continuatum per loca Diœcesis absque necessitate transeundi, per alias Diœceses, hocque cõmodè intrà vnam dietam posse expleri etiamsi in lectica permeare oporteat;

teat; Vndè censuerunt Domini satis Consultum fore Calatajubensibus ex Vicarij Foranei deputatione.

Cætera obiecta pro Calatajubensium parte excitata ad impugnandum sententiæ Iustitiam sublata remanent ex prædictis alijsque rationibus per Dominos Exaduerso scribentes deductis.

De validitate verò DD. non dubitarunt quamuis citatio executa non fuerit contrà singulos interesse habentes, sed dumtaxat in Clerum, ac nonnullos Ciues Calatajubij, exindè etenim sentētia nullitatis vitio obnoxia minimè remansit; Nàm quotiescumque plures habent interesse in causa; Vnus autem primario, & principaliter, alter verò secundarium, & consecutiuum, prout nunc considerantur aliæ Vniuersitates de Calatajubio, cum dubitari nequeat, quin Residentia Vicarij Generalis in Calatajubij loco principaliter influeret in splendorem, ac honorificentiam ipsiusmet loci, Cleri, ac Ciuium; Secundario verò respiceret aliorum Subditorum quamdam Commoditatem, cum ipsi tali casu non releuentur ab obligatione adeundi Iudicem extrà proprias domos, tunc pro sententiæ validitate suffragatur sola citatio in illum ad quem principaliter defensio spectare, dicitur *gloss. communiter recepta in l. de vnoquoque in verb. quos causa, ff. de re iudicaria, Alex. cons. 86. nu. 3. lib. 2. Vant. de nullit. ex defectu citat. nu. 19. Couarr. practic. quæst. cap. 13. num. 6. Peregr. de fideicomm. artic. 53. num. 53. Rota decis. 242. numer. 7. & 8. part. 9. recentior. in Romanam Cambij inter eius impressas, decis. 436. num. 5. confirmat. 8. Martij 1652. §. Nec resistunt coram Reuerendissimo Cerro; Adden. ad decis. 118. littera D. part. 1. recent. Mastrill. decis. 114. nu. 27. Rota decis. 241. in princ. part. 2. recent.* & in terminis sententiæ condemnantis personam non citatam, quæ licet non citatos afficere nequeat, sustinetur tamen respectu Vocatorum, *Millin. decis. 345. in principio*.

Altera nullitas desumpta ex non integra asportatione actorum, quæ in prima Instantia coram R. P. D. meo Taia fuerunt gesta tollitur ex eo, quod hoc non processit ex culpa Agentium pro Episcopo, siuè Capitulo Tirasonen, sed ex mera incuria, & inaduertentia Notarij, cui integra asportatio fuit integre Commissa, prout ipsemet fatetur; Error enim Notarij parti obesse non debet, quæ iustam, ac probabilem credulitatem habere potuit de integra actorum asportatione, *l. Si librarius*, & ibi *Dec. ff. de reg. iur. gloss. fin. in l. vltima, C. de fideiuss. Achill. decis. 1. num. 27. de fideiuss. Rota in punct. decis. 119. sub numer. 2. & 3. part. 3. recentior. Coccinus decis. 373. numero 10.*

Prout corruere quoque videtur nullitas, quæ deducitur ex defectu Iurisdictionis, eo sub fundamento, quod noua causæ Commissio in Rota non comprehendat omnes litis consortes in prima nominatos, & contrà quos olim fuit directa petitio, ac introducta lis: Nàm respondetur, quod ea non erat necessaria ad tribuendum Tribunali Iurisdictionem; Cum satis esset prima Commissio ad legis prosecutionem, cuius virtus non censetur expirasse per mortem, siuè Amotionem Auditoris, cui causa reperiebatur commissa; Cum Successor absque alia facultate causas sui Prædecessoris reassumere valeat; Rotæ etenim Auditorium dicitur respectu omnium vnum Tribunal, ac eadem omnium Iurisdictio, vt aliàs respondit *Rota in Sarsinaten. Feudi 3. Iulij 1641. coram bon. memoriæ Pirouano, Buratt. decis. 818. num. 2. Gregor. decis. 369. numer. 3. cum alijs allegatis in Romana fideicommissi de Incoronatis 22. Maij 1643. coram bonæ mem. Dunozetto*: Ideòque noua causæ Commissio exabundanti quamuis nulliter impetrata fuisset, non operaretur sententiæ nullitatem Apost. ad *Roman. cons. 497. nu. 6. & 7.*

in

in verſ.non vitiat, Rota deciſ.36.num.56.& ſeqq. part.5. recentior. Quæ tamen nullitas ceſſat attenta illa clauſula in commiſſione adiecta, videlicet cum omnibus facultatibus in aliis commiſſionibus in actis præſentatis contentis.

Et ita vtraque parte acerrimè informante fuit reſolutum in ſecunda cauſæ propoſitione &c.

POſt hæc dicto R.P.D.Vicecomite Nuncio apud Sereniſſimum Regem Catholicum in Hiſpaniarum Regnis à S.D.Noſtro Papa pro Sancta Sede Apoſtolica electo, & deputato) nos in cauſa, & cauſis huiuſmodi in ſtatu, & terminis, in quibus reperiuntur, in eius locum ſubrogati fuimus, necnon ad alios vlteriores actus, & terminos iudiciales inter eaſdem partes, ſeu veriùs earum legitimos procuratores, citrà tamen cauſæ præfatæ cõcluſionem, deuenimus, ac iterùm per nos cauſa præfata ſuper vltimo loco deciſis in eadem plena Rota propoſita, ibique per Dominos Cauditores noſtros (partibus hinc indè cum earum Procuratoribus, & Aduocatis informantibus) dicti Domini Coauditores noſtri ſteterunt in deciſis, dixeruntque conſtare de bono iure Reuerendiſs.D. Epiſcopi Tiraſonen. ſuper qua reſolutione deciſionem noſtram extendimus tenoris ſequentis videlicet.

R. P. D. O T T A L O R A.

Tiraſonen. Iuriſdictionis. *Lunæ* 15. *Iunij* 1665.

ITerum Domini confirmando deciſionem æditam 14. Decembris 1663. coram Reuerendiſſimo Vicecomite, dixerunt conſtare de bono Iure Reuerendiſſimi Epiſcopi Tiraſonẽ ſuper omnimoda Iuriſdictione ordinaria exercenda per ſeipſum, vel Vicarios Foraneos vbique, & in quacumque parte ſuæ diœceſis, & ſic etiam in Oppido Calatajubij intra eius diœceſim exiſtente, neque vllo modo cogi poſſe ad deputandum ibidem Vicarium generalem.

Deciſio R. P. D. Ottalora confirmatoria ſupradictæ Reuerendiſs. D. Vicecomitis.

Habet enim Epiſcopus fundatam intentionem in diſpoſitione Iuris, iuxtà quam poteſt in quacunque parte ſuæ diœceſis per ſeipſum, vel per alium Tribunal erigere, & tàm voluntariam, quàm contentioſam Iuriſdictionem in ſubditos exercere, vt diſponitur *in cap. cum Epiſcopus, de offic. ordin. in 6. & in Clem. 1. vbi gloſſ verb. aut earum partē, de foro compet.* & in fortioribus terminis duarum diœceſum vnitarum eò quia habeantur pro vnica diœceſi firmant præter adducti *in dicta dec. coram Reuerendiſſ. Vicecomite in §. hanc verò, & in §. & ita, Grat. deciſ. March. 113. num. 2. & ſeqq. Spada conſil. 132. lib. 2. Rota coram Verallo deciſ. 306. num. 1. & 2. & deciſ. 1318. coram Pœnia.*

Neque adſtringi poteſt, ſed pendet ab eius libera, & abſoluta voluntate Vicarium generalem deputare, vt vltrà relatos *in dicta deciſ. coram Reuerendiſſimo Vicecomite in §. Epiſcopis autem obſeruat, Poſth. de manutent. obſeruat. 53. num. 9. Spada dicto conſil. 132. numer. 15. lib. 2. & tenuit Rota dicta deciſ. 1318. coram Pœnia.*

Contra predictam Iuris aſſiſtentiam non applicantur limitationes pro Calatajubenſibus adductę, & primò quod regula non habeat locum in magnis Epiſcopatibus immediatis ab aliis Diœceſibus, in quibus ſtante diſtantia cum aſperitate itineris non tenentur ſubditi litigare in loco longinquo, & cum eorum maxima incommoditate per alienas Prouincias, & Diœceſes diuagari, ſed debet Epiſcopus vel ad locum litigij ſe transferre, vel alium delegare. *Anchar. in cap. nonnulli num. 5. de reſcript. & in cap. cum te in princip. verſ. 2. Not. de offic. delegat. Anton. Butr. in cap. Sanc. in fine de fori compet. cum aliis relatis per Informantes.*

Quia

Quia vltrà quod distantia in hoc casu non est considerabilis, vt apparet ex Testibus deponentibus à Territorio Calatajubij ad Ciuitatem Tirasonæ dari commodum iter, & absque necessitate transeundi per alienas Diœceses commodè expleri posse intrà vnam dietam, dixerunt Domini supradictam limitationem communitèr reprobari à Doctoribus, & signātèr *ab Abb.in dicto cap. sanè, num.3.de for.compet.& in cap. dilectus, num.4. de rescript.* vt notat *Barbos.de offic.& potest.Episc.alleg.80.num.5.vers.nec etiam obstat par.3.* & tenuit *Rota decis.297.num.7. parte 2.diuersorum, & melius decis. 537. num.10.par.4.tomo 3.recentior.* vbi quod contraria opinio potest procedere de æquitate, data scilicet magna distantia cum asperitate itineris, vt videtur innuere *Imol.in dicto cap. sanè de for.compet.* non autem de rigore Iuris, quo Episcopus potest in quolibet loco suæ diœcesis Iurisdictionem exercere ex dispositione *dicti cap.cum Episcopus,de offic.ordin.* & satis abundè consulit indemnitati subditorum deputando Vicarium Foraneū ad Vniuersitatem causarum, quo mediante extrà Patriam ad iudicium exterum non trahantur, vt aduertit *Rota decis.152.num.10.coram Merlino*, & in terminis amplissimorum Episcopatuum, quales sunt Toletanus, & alij optimè comprobat *Barbos.de vniuers.Iur. Ecclesi.lib.1.cap.15. sub num.30. & de offic.& potest.Episc.alleg.54.num.127.& seq.Valenz.consil.192. lib.2.*

Minus applicari visa fuit alia limitatio, quod quando in vna diœcesi adest Ciuitas, seu Ecclesia altera dignior, & nobilior, Episcopus tenetur in digniori residere, vel saltem ibidem Vicarium generalem constituere. *Gratian.discept.655.nu.3.& 4.& discept.892.* quia quicquid sit in Ecclesijs ęquè principaliter vnitis, in quibus terminis loquitur idem *Gratian.* extra quem casum nos versamur, cùm de vnione Ecclesiæ Calatajubij Episcopatui Tirasonæ nullibi constet, adhuc perpensis his, quæ dantur *in Summario Episcopi num.1.& 2.* limitatio vrgeret contra Calatajubenses, tùm quia ex pluribus historicis ibidem relatis Ciuitas Tirasonæ vnà cum Illustrium virorum, & familiarum copia habet originem admodum antiquā, & in Comitijs optimiorem locum obtinet, ex qua antiquitate regulariter nobilitas desumitur iuxtà *Text.in l.2.C.de iur.vet.enucl. & l.1. ff.de censib.* tùm quia tota diœcesis habet denominationem à dicta Ciuitate Tirasonæ, & à digniori semper fit denominatio. *Viuian.de Iurepatr. lib.14. cap.5. num. 14.* Tùm etiam, quia dum fuit in dicta Ciuitate constituta Sedes Episcopalis, ea censetur dignior, & nobilior, ad notata per *Sanctum Pontificem Anacletū in cap.Episcopi 80.distinct.* Neque potest Episcopus dictam Sedem immutare, & alibi transferre, *cap.Episcopalia primo, de priuil. cap.placuit septimo q.1. Leo Thesaur. for.Eccles.parte 1. cap.2. num.4. Barbos. de offic. & potest. Episcopi alleg.53.num.3. par.3.* minusque constituere Vicarios generales in loco, vbi Sedem Episcopalem non habet, vt firmant *Barbos.de offic.& potest. Episcopi alleg.54.num.127.& seqq.& idem Gratian.dicta discept.655. num.55. & seq.*

Ad tertiam limitationem regulæ fundatam in consuetudine immemorabili, & legitimè præscripta Episcoporum Tirasonen. deputandi in Oppido Calatajubij Vicarios generales vltrà responsiones datas *in dicta decis.coram Reuerendiss.Vicecomite in §.neque Calataiubenses, cum duobus seqq.* Animaduersum fuit Vicarios deputatos per Instrumenta non esse in substantia Vicarios generales, quamuis tales in dictis Instrumentis fuerint denominati, quia eorum Iurisdictio restricta fuit ad Archidiaconatum Calatajubij, & tamen Vicarius generalis debet constitui ad totam dięcesim, & in loco residentiæ Episcopi, vt testatur *Garz.de benef.par.5. cap.8. numer.87. & sequentibus, & Barbosa de offic.& potest.Episcopi par.3.alleg.54.num.24.& 56.* & in omnem casum sunt actus facultatiui, qui non præscribuntur *ex allegatis*

tis

tis in Pisauren. adm inistrationis Montis 27. *Iunij* 1660. §. *finali coram Reuerendiss. D. meo Decano*.

Neque dicti actus facultatiui excluduntur ex multiplicitate deputationum, cùm non sit præsumendum toties multiplicari gratiam in præiudicium proprium, vt aduertit *Posthum. de manut. obseruat.* 53. *num.* 20. dùm præsertim concurrit titulus coactiuus plurium transactionum super obligatione Episcoporum faciendi dictas deputationes Vicariorum generalium in Oppido Calatajubij, vt ex *Summario Cleri num.* 27. Quia cùm ex supra firmatis Episcopus cogi non possit ad habendum Vicarium, sed sit in eius libera facultate illum retinere, vel non, vt paritèr tenuit *Rota coram Puteo, decis.* 45. *num.* 1. *lib.* 2. *Mohed. decis.* 4. *num.* 1. *de offic. Vicar. relat. per Caualer. decis.* 418. *num.* 8. omnes deputationes sunt facultatiuæ, quæ etiamsi essent mille, nullum ius tribuerent Calatajubensibus, vt in puncto Communitatis, quod non possit petere manutentionem contra Episcopum, vt Vicarium generalem retineat, firmauit *Rota decis.* 306. *num.* 3. *& seq. par.* 1. *coram Caputaquen. & in dicta decis. coram Reuerendissimo Vicecomite* §. *inducta*, transactiones verò dum carent Capituli consensu, & confirmatione apostolica expressè reseruata cum conditione, & non aliàs, nullæ sunt, vt fuit decisum *coram Eminentissimo Cardinali Otthobeno decis.* 220. *à num.* 14. *vsque ad* 21. Vndè ex actibus nullis resultare non potest titulus coactiuus.

Et ità vtraque &c;

Vndè post dictæ Sacræ Rotæ resolutiones, & decisiones superiùs insertas cùm pro parte dictorum Reuerendissimi Episcopi, ac Reuerendorum Dominorum Canonicorum, & Capituli Ecclesiæ Tirasonensis principalium pro expeditione causæ huiusmodi iuxtà earumdem decisionum formam, & tenorem instaretur, ad quam, nostræque sententiæ prolationem iuxtà ordinem Sacræ Rotæ nobis desuper datum ritè procedere volentes visis primitùs, ac denuò per nos omni cum diligentia, & maturitate recensitis omnibus, & singulis actis, scripturis, & iuribus huius causæ necessarijs, & releuantibus in prioribus instantijs hactenùs iudicialitèr factis, Testiumque dictis, & depositionibus tàm in partibus, quàm in Curia productis, & repetitis hinc indè, necnon obiectis, & oppositionibus exaduersò factis tàm in voce, quàm in scriptis satis superque, & ex abundanti in Rota auditis; Tandem facta per nos, & reiterata cum Dominis Coauditoribus nostris de meritis causæ, & Iuribus dicti Reuerendissimi Domini Episcopi relatione plenaria, & fideli, ac super his matura deliberatione præhabita, necnon citato priùs legitimè coram nobis, & de mandato nostro ad concludendum, & audiendum sententiam diffinitiuam in huiusmodi causa, Domino Bernardo Bueno dictorum Reuerendorum Dominorum Decani, & Capituli Collegiatæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Calatajubij, aliorumque litis consortum exaduersò principalium Procuratore ad vlteriorem dicti Reuerendiss. D. Episcopi, ac Reuerendorum Dominorum Canonicorum, & Capituli Ecclesiæ Tirasonen. principalium, siue eorum Procuratoris instantiam in causa, & causis huiusmodi concludendum duximus, & conclusimus, ac pro concluso haberi volumus, nostramque præinsertarum sententiarum confirmatoriam in scriptis tulimus, & promulgauimus sententiam diffinitiuam huiusmodi sub tenore videlicet.

Sententia diffinit. R P.D. Ottalora lata ad fauorem dd. Reuerēdissimi Episcopi, ac Canonicorum & Capituli Ecclesiæ Tirasonen.

CHRISTI NOMINE INVOCATO. Pro Tribunali sedentes, & solum Deū præ oculis habentes. Per hanc nostrā diffinitiuam sententiam, quam de Dominorum Coauditorū nostrorum voto pariter, & assensu ferimus in his scriptis in causa, & causis, quæ primo, & in prima coram bo: me:

 Achille

Achille de Grassis, & alijs successiuè subrogatis, & signantèr coram Reuerendo P.D.Taia, & secundo, ac in secunda coram Reuerendo P. D. Albergato, & tertio, ac in tertia coram Nobis in locum Reu.P.D.Vicecomitis subrogatus versa fuere, & vertuntur instantia inter Reuerendissimum D.Episcopum, Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ Tirasonen. appellatos ex vna, & Decanum, Capitulum, ac Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ Beatæ Mariæ Ciuitatis Calatajubii Tirasonen.diœcesis, necnon etiam Consilium, ac Vniuersitatem eiusdem Ciuitatis, videlicet Iustitiã, Iudicem ordinarium ipsius Ciuitatis, illiusque Communitatis, Terminorum, Pagorum,ac Territorij Iuratos,Officiales Regios,Parrochialium Ecclesiarum Procuratores, Consiliarios, Ciues, Incolas, & habitatores præfatæ Ciuitatis Calatajubij appellantes partibus ex altera de, & super omnimoda Iurisdictione ordinaria, quam intra suam diœcesim vbique,& in quacumq; illius parte dictus Dominus Episcopus liberè exercere prætendit, & Sede Episcopali vacante præfati Capitulum, & Canonici Ecclesiæ Tirasonen. rebusque alijs, &c. partibus ex altera. Dicimus,pronunciamus, declaramus, ac diffinitiuè sententiamus malè, nullitèr, ac perperam fuisse appellatum,& prouocatum à sententia R.P.D. Albergati, benèque ritè, ac rectè fuisse ab eodem R.P. D. Albergato processum, pronunciatum, diffinitum, atque sententiatum, eiusque sententiam tanquam validam, & iustam in omnibus, & per omnia confirmandam, & approbandam fore, & esse, proùt confirmamus; & approbamus, victosque victoribus in expensis condemnamus, mandatumque, & mandata quæcumque, necnon etiam litteras executoriales. In præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna decernimus, & relaxamus. Et ita dicimus, sententiamus &c. non solùm præmisso,sed & omni alio meliori modo &c. Ità pronunciaui ego Ioannes Antonius Ottalora Sacræ Rotæ Auditor. Quæ quidem nostra diffinitiua sententia, quia tertia, & conformis erat, & à qua saltèm de Iure exaduersò prouocari, & appellari, vlteriusque reclamari minimè licuit, in rem transiuit iudicatam, & quia parùm prodesset dictis Reuerendissimo Domino Episcopo, ac Reuerendis DD.Canonicis, & Capitulo Ecclesiæ Tirasonen. principalibus sententias ferre, & rem iudicatam reportare, nisi debitæ executioni demandarentur; idcircò Nos ad illarum, & rei iudicatæ huiusmodi exindè secutæ, & reportatæ debitam executionem ritè procedere volentes, dictas præinsertas sententias in omnibus, & per omnia iuxtà earumdem formam, & tenorem exequendas, & debitæ executioni demandandas fore, & esse duximus, prout pro contentis in dictis præinsertis sententijs litteras executoriales desuper necessarias, & opportunas eisdem Reuerendissimo D.Episcopo, ac RR.DD.Canonicis, & Capitulo Ecclesiæ Tirasonen.decreuimus, concessimus, & relaxauimus, prout concedimus, & relaxamus per præsentes sub modificatione infrascripta. Quæ omnia, & singula præmissa, & hunc nostrum processum executorialem, ac in eo contenta quæcumque Vobis omnibus, & singulis supradictis, quibus præsentes nostræ litteræ diriguntur, intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram, & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus, deducique volumus easdem per præsentes, nè de eisdem præmissis, vel infrascriptis ignorantiam aliquam in futurum prætendere,aut aliàs quomodolibet allegare valeatis. Quocircà earumdem tenore præsentium, ac auctoritate Apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte Vos Serenissimum, & Potentissimum Regem Catholicum antedictum in illis partibus gladij temporalis principalem vibratorem, & executorem quem

quem ob reuerentiam Vestræ Catholicæ Maiestatis (cui merito deferimus) nostris censuris subiacere nolumus; intuitu tamen iustitiæ, & ob Sanctissimi Domini Nostri Papę, Sanctæque Sedis Apostolicæ reuerentiam ad executionem pręsentium nostrarum litterarum efficaciter adimplendam, & permittendam in Domino benignè exhortamur, & enixè rogamus; Vos autem omnes, & singulos alios supradictos, quibus eædem nostræ litteræ diriguntur, & quemlibet vestrorum communitèr, vel diuisim peremptoriè requirimus, & monemus, Vobisque nihilominus, & vestrum cuilibet insolidum in virtute sanctæ obedientiæ committimus, ac sub infrascriptis censuris, & pœnis districtè præcipiendo mandamus, quatenùs infrà sex dies post præsentationem, & notificationem pręsentium, ac requisitionem vigore earumdem Vobis, seu alteri vestrum pro parte dictorum Reuerendissimi D. Episcopi, ac Reuerendorum Dominorum Canonicorum, & Capituli Ecclesiæ Tirasonen. principalium desuper factas immediatè sequentes, quos pro termino peremptorio, ac monitione canonica Vobis eisdem assignamus, & deinceps quoties, & quandocumque super his fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, dictas præinsertas sententias Rotales in omnibus, & per omnia iuxtà earumdem formam, & tenorem exequamini, ac debitæ executioni demandetis, necnon in sententiarum huiusmodi vim, & executionem prędictorum, Reuerendissimum Dominum Episcopum Tirasonen. eiusque pro tempore successores, ac Capitulum, & Canonicos dictæ Ecclesię Sede vacante principales in vera, reali, actuali, & corporali possessione, vel quasi exercendi omnimodam Iurisdictionem tàm in Ciuitate Tirasonen. quàm alibi extrà fines Archidiaconatus Oppidi Calatajubij, nempè audiendi, iudicandi, carcerandi, corrigendi, & puniendi personas, & causas respectiuè dicti Oppidi, illiusque Pagorum, seu Aldearum, Terrarum, & locorum dicti Archidiaconatus per se, vel Vicarios suos, etiam Foraneos, & quoscumque actus, quos assistentia Iuris permittit, & qui soliti fuerunt fieri, faciendi iuxtà præinsertarum decisionum, & sententiarum formam, & tenorem perpetuis futuris temporibus, quantum in Vobis fuerit, manuteneatis, tueamini, conseruetis, & defendatis, prout manuteneri, tueri, conseruari, ac defendi volumus, & mandamus, & per præsentes quantùm in Nobis est, manutenemus, tuemur, conseruamus, & defendimus, neque eumdem Reuerendissimum Dominum Episcopum Tirasonen. eiusque successores præfatos, ac dictos Reuerendos Dominos Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ Tirasonen. (Sede Episcopali vacante) principales, super exercitio Iurisdictionis huiusmodi, de qua agitur, à prædictis Reuerendis Dominis Decano, Canonicis, & Capitulo Collegiatæ Ecclesiæ Calatajubij, necnon ab Incolis eiusdem Oppidi, illiusque Archidiaconatus, & ab alijs litis consortibus exaduersò principalibus de cætero quomodolibet molestari, perturbari, aut impediri permittatis; quinimo præfatum Reuerēdissimum Dominum Episcopum Tirasonen. eiusque in dicto Episcopatu successores, & alios prædictos principales ab impetitionibus, molestationibus, perturbationibus, vexationibus, & impedimentis quibuscumque per dictos Reuerendos Dominos Decanum, Canonicos, & Capitulum dictæ Collegiatæ Ecclesiæ Oppidi Calatajubij, aliosque litis consortes exaduersò principales de, & super exercitio omnimodæ Iurisdictionis prædictæ, de qua agitur, hactenùs quomodolibet factis, præstitis, & illatis, quantum in vobis fuerit, defendatis, & tueamini, vos quoque Reuerendi Domini Decano, Canonici, & Capitulum dictæ Ecclesiæ Calatajubij, alijque litis consortes exaduersò prin-

cipales præinsertis sententijs rotalibus pareatis, & acquiescatis cum effectu, necnon ab impetitionibus, molestationibus, perturbationibus, & impedimentis quibuscumque per vos, seu quemlibet vestrum prædictis Reuerendissimo Domino Episcopo Tirasonen, ac alijs supradictis principalibus super exercitio omnimodæ Iurisdictionis prædictæ, alijsque præmissis quomodolibet indebitè præstitis, & illatis penitùs, & omninò desistatis, & abstineatis, nec de cætero illos desuper quouis modo molestare, aut impedire, minusque quicquam in præiudicium sententiarum conformium, ac Iurisdictionis huiusmodi ad dictum Reuerendissimum Dominum Episcopum Tirasonen. eiusque successores, & alios prædictos litis consortes, vt præfertur, spectantis, in futurum attentare, seu innouare præsumatis etiam sub quouis quæsito colore, aut prætextu.

Inhibemus insuper sub eisdem censuris, & pœnis infrascriptis, ac expressè inhiberi mandamus vobis omnibus, & singulis supradictis, quibus præsentes nostræ litteræ diriguntur, & præsertim Reuerendis Dominis Decano, Canonicis, & Capitulo Collegiatæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Oppidi Calatajubii, alijsque litis consortibus exaduersò principalibus, omnibusque alijs, & singulis, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, ne vos, vel ipsi eisdem Reuerendissimo Episcopo Tirasonen. eiusque in Episcopatu successoribus, ac Reuerendis Dominis Canonicis, & Capitulo dictæ Ecclesiæ, Sede Episcopali vacante, principalibus, quominus ipsi de cætero in prænarrata possessione, seu quasi Iuris exercendi supradictam Iurisdictionem, de qua agitur, siue in exercitio Iurisdictionis huiusmodi modo præmisso manuteneantur, conseruentur, & defendantur, ac illam in futurum perpetuò liberè, & licitè, ac quietè, & pacificè in præfatos Reuerendos Dominos Decanum, Canonicos, & Capitulum dictæ Collegiatæ Ecclesiæ Oppidi Calatajubij, aliosque litis consortes exaduersò principales exercere, dictisque Iuribus quasi Episcopalibus frui, & gaudere possint, & valeant, aliaque omnia, & singula præmissa iuxtà dictarum præinsertarum sententiarum formam, & tenorem suos debitos, & plenarios sortiantur effectus, debitæq; executioni demandentur, impedimentum aliquod præstetis, seu præstent, aut impedientibus ipsos Reuerendissimum Dominum Episcopum, eiusque successores, & alios litis consortes super præmissis in aliquo detis, vel dent auxilium, consilium, vel fauorem publicè, vel occultè, directè, vel indirectè etiam sub quouis quæsito colore, vel prætextu. Alioquin si fortè præmissa omnia, & singula, prout ad vos, vel ad eos, ac vestrum, & eorum quemlibet communitèr, vel diuisim pertinet, & spectat, non adimpleueritis, seu adimpleuerint, ac mandatis, & monitionibus, inhibitionibusque nostris huiusmodi, imò veriùs apostolicis non parueritis, seu paruerint cum effectu, aut aliquid in contrarium feceritis, seu fecerint; Nos in vos, & ipsos omnes, & singulos supradictos, qui culpabiles fueritis, seu fuerint in præmissis, ac in contradictores quoslibet, & rebelles executionem præsentium quomodolibet impedientes singulariter in singulos præfata canonica monitione præmissa excommunicationis; in Capitula verò, Conuentus, & Collegia quæcumque in his delinquentia suspensionis à Diuinis; in ipsorum autem delinquentium Ecclesias, Monasteria, & Cappellas interdicti Ecclesiastici sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas respectiuè iuxtà Sacri Concilij Tridentini formam incurrendas ferimus in his scriptis, & etiam promulgamus. VOBIS verò Illustrissimis, & Reuerendissimis Dominis Nuncio Apostolico, Archiepiscopo Cæsaraugustano, & Episcopis præfatis dumtaxat exceptis, quibus

ob

ob reuerentiam vestrarum Pontificalium dignitatum deferimus in hac parte, si contra præmissa, vel aliquod præmissorum per vos, vel submissas personas feceritis, præfata sex dierum canonica monitione præmissa, ingressum Ecclesiarum interdicimus in his scriptis. Si verò huiusmodi interdictum per alios sex dies, dictos sex dies immediatè sequentes substinueritis, vos in his scriptis eadem canonica monitione præmissa suspensionis à Diuinis. Verùm si præfatas interdicti, & suspensionis sententias per alios sex dies, præfatos duodecim dies immediatè sequentes, Animis (quod absit) substinueritis indurati, vos, & vestrum quemlibet in his scriptis canonica monitione præmissa, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc excommunicationis sententia innodamus. Cæterùm cùm ad executionem præmissorum vlterius faciendam, nequeamus quoad præsens alijs arduis in Romana Curia præpediti negotijs personaliter interesse. VNIVERSIS quoque, & singulis Dominis Abbatibus, Prioribus, & alijs quibuscumque supradictis per Prouincias, Ciuitats, & diœceses præfatas, ac aliàs vbilibet constitutis, & eorum cuilibet insolidum auctoritate prædicta tenore præsentium committimus plenariè vices nostras, donec eas ad nos duxerimus reuocandas; quos, & eorum quemlibet insolidum tenore præsentium requirimus, & monemus primo, secundo, tertio, & peremptoriè ipsis, & eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis pœna districtè præcipiendo mandamus, quatenus infra tres dies post requisitionem præsentium vigore ipsis, seu alteri ipsorum desuper factam immediatè sequen. quos tres dies ipsis, & eorum cuilibet pro omni dilatione, terminoque peremptorio, ac monitione canonica assignamus; ità tamen quod in his exequendis vnus vestrum alium non expectet, nec vnus pro alio, seu per alium se excuset, ad vos omnes, & singulos supradictos, quibus præsentes litteræ executoriales, seu præsens processus dirigitur, personasque, & loca alia, de quibus, ac vbi, quando, & quoties expediens fuerit, personaliter accedunt, seu alter eorum accedat, ac huiusmodi nostros processus, & quæcumque in illis contenta vobis communiter, vel diuisim intiment, insinuent, & fideliter publicare procurent, necon dictum Reuerendissimum Dominum Episcopum Tirasonen. eiusque in Episcopatu successores, ad quos pleno Iure spectat omnimoda Iurisdictio, de qua agitur, ac Reuerendos Dominos Canonicos, & Capitulum Ecclesiæ Tirasonen. Sede vacante principales ad formam præinsertarum sententiarũ in præfata possessione, seu quasi iurisdictionis prædictæ, manuteneantur, tueantur, & defendantur ità, & talitèr, quod exercitio, ac Iuribus, & pertinentijs Iurisdictionis huiusmodi modo, & forma præmissis vti, frui, & gaudere possint, & valeant absque vlteriori dilatione, oppositione, contradictione, & difficultate quibuscumque, necnon ab oppositionibus, molestationibus, contradictionibus, & impedimentis quibuscumque hactenus per dictos Reuerendos Dominos Decanum, Canonicos, & Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Calatajubij exaduersò principales eisdem Reuerendissimo D. Episcopo Tirasonen. & alijs prædictis principalibus super exercitio Iurisdictionis prædictæ, alijsque præmissis, & illorum occasione factis, præstitis, & illatis tueantur, & defendãtur, ac tueri, & defendi faciant, & procurent infrà terminos superius expressos. Etsi forsan (quod non credimus) præfati Reuerendi DD. Decanus, Canonici, & Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ Calatajubij, & alij litis consortes exaduersò principales, cæterique contradictores, & rebelles, mandatis, monitionibus, requisitionibus, inhibitionibus, & processibus

bus nostris huiusmodi; Imò veriùs Apostolicis infrà dictos eius respectiuè terminos superiùs expressos parere, & obedire neglexerint, aut recusauerint, pœnas, sententias, & censuras pręfatas in eos, vt pręfertur, latas damnabiliter incurrendo; Ex tunc prædictis Subdelegatis nostris sub dicta excommunicationis pœna committimus, & mandamus, quatenùs singulis diebus Dominicis, & Festiuis in suis Ecclesijs, Monasterijs, & Cappellis infrà Missarum, & aliarum Diuinarum horarum solemnia, ac aliàs vbi qn ndò, & quoties expedierit, & pro parte dictorum Reuerendissimi Dñi Episcopi, ac Reuerendorum Dominorum, & Capituli Ecclesiæ Tirasoneñ principalium desuper requisiti fuerint, seù alter vestrum fuerit requisitus, præfatos contradictores, & rebelles sic excommunicatos, Capitulum verò præfatum à Diuinis suspensum publice denuncient, & ab alijs quantum in eis fuerit, denunciari faciant, donec, & quousque aliud à Nobis, vel Superiori nostro super hoc habuerint in mandatis. SI VERO dicti contradictores, & rebelles sic excommunicati, & suspensi dictas excommunicationes, & suspensionis sententias per decem dies, illius denunciationem immediatè sequentes, pertinaciter substinuerint, Nos ex tunc, quia crescente contumacia, & inobedientia, crescere debet etiam pœna, ne facilitas pœnæ audaciam tribuat delinquentibus; Processus nostros huiusmodi aggrauamus dictis Subdelegatis nostris modo, & forma præmissis præcipientes, quatenùs singulis diebus Dominicis, & Festiuis, in suis Ecclesijs, Monasterijs, & Cappellis infrà Missarum, & aliarum diuinarũ horarum solemnia dictam excõmunicationis denunciationem reiterando, & innouando, eosdem Dominos exaduerso principales, ac contradictores, & rebelles, sic, vt præfertur, excommunicatos denunciatos nominatim Campanis pulsatis, Candelis accensis, & demùm exstinctis, & in terram proiectis, Cruce erecta, & religione induta aquam benedictam aspergendo ad fugandos dęmones, qui eos detinent sic ligatos, & laqueis suis catenatos: Orando quod Dominns Noster Iesus Christus ipsos ad Cattholicam Fidem, & Sanctam Matris Ecclesiæ gremium reducere dignetur, nec eos in talibus peruersitate, & duritie dies eorum finire permittat cum decantatione Responsòrij reuelabunt Cœli iniquitatem Iudæ,, & Psalmi Deus laudem meam ne tacureis, cum Antiphona media vita in morte sumus totaliter, & his finitis ad ianuas Ecclesiarum suarum vnà cum Clericis, & Parochianis accedant, & ad tenorem, (vt eo citiùs ad obedientiam redeant, tres lapides versùs Domos habitationum suarum proijciant in signum maledictionis æternæ, quam Deus dedit Choræ, Dathan, & Abyron; quos Terra substinere non potuit, sed iusto Dei Iudicio illos absorbuit. vt in Infernũ descenderent viuentes etiam post Missam, & in Vesperis, alijsque horis Canonicis, Sermonibus, & Prędicationibus publicis solemniter publicent, & denuncient, & quantum iuris fuerit, publicari, & denunciari, ac ab omnibus Christifidelibus arctius euitari faciant, donec aliud à Nobis, vel Superiori nostro super hoc receperint in mandatis. Verùm si præfati denunciati, & aggrauati aggrauationem huiusmodi per alios decem dies illius publicationem, & dictos decem dies immediatè sequentes animis (quod absit) substinuerint induratis, Nos ex tunc quia peruersorum audacia præsumptiua, id exigat, vt vnica pœna non contenti, fortioribus arceantur pœnis, ne fides illorum lædatur, qui suis Superioribus obedientiam semper impenderunt, processus nostros huiusmodi reaggrauamus prædictis Subdelegatis nostris, vt suprà mandantes, quatenùs dicta auctoritate Apostolica omnes, & singulos Christifi-

deles

deles vtriusque sexus homines.& præsertim Familiares, & Seruitores denunciatorum, & aggrauatorum huiusmodi modo, & forma præmissis moneant, & requirant, primò, secundò, tertio, & peremptoriè, prout nos etiã requirimus,& monemus eosdem,ipsis,& eorum cuilibet in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub Excommunicationis pœua districtiùs iniungentes, quatenùs infrà sex dies monitionibus, & requisitionibus huiusmodi ipsis factis immediatè sequentes, quos sex dies ipsis, & eorum cuilibet pro omni dilatioue, terminoque peremptorio, ac monitione Canonica assignent, prout Nos eisdem assignamus, à participatione, Communione, Familiaritate, & Seruitio ipsum denunciatorum, aggrauatorum pœnitùs, & omninò desistant, nec cnm eis, & eorum aliquo seruiendo, loquendo, conuersando, cibum, potum, aquam, vel ignem, aut alia necessaria ministrando, aut aliquo humanitatis solatio (præterquàm in casibus, & personis à iure permissis) participare præsumant, seù aliquis ipsorum præsumat, & si contrarium fecerint, Nos in eos, & eorum quemlibet cum dictis denunciatis,& aggrauatis rebelliter participantes, & contrafacientes ex nunc, prout ex tunc, & ex tunc, prout ex nunc dicta sex dierum canonica monitione præmissa excommunicationis sententiam ferimus in his scriptis, & etiam promulgamus dictis Sublegatis nostris modo, & forma præmissis districtè præcipiendo mandantes, quatenùs singulis diebus Dominicis, & Festiuis in suis Ecclesijs, Monasterijs, & Cappellis infrà Missarum, & aliarum præscriptarum horarum solemnia, ac vbi quandò,& quoties expedierit, prefatos Christifideles, Familiares, & Seruitores, qui cum dictis denunciatis aggrauatis, reaggrauatis rebelliter participauerint, excommunicatos tamdiù publicè denuncient, & ab alijs quantùm in eis fuerit, publicari,& denunciari, & ab omnibus Christifidelibus arctiùs euitari faciant,donec,& quousque absolutionis Beneficium desuper meruerint obtinere. Demùm verò si prefati denunciati, & reaggrauati reaggrauationem nostram huiusmodi per alios decem dies illius denunciationem, & supradictos viginti dies immediatè sequentes,dictas nostras Sententias pertinaciter substinuerint, ac processibus, mandatis, & monitionibus nostris huiusmodi; Imò veriùs Apostolicis non paruerint cum effectu (quod Deus auertat) ex tunc (quia Mucrone non proficiente Ecclesiastico) Temporalis saltem gladiùs non immeritò suffragetur, auxilium brachij Sæcularis duximus inuocandum, vt quos Dei timor à malo non reuocat; Temporalis saltem coerceat seueritas disciplinæ. HINC EST, quod Vos Serenissimum, Potentissimum, & Inuictissimum Principem, & Dominum Dominum PHILIPPVM Regem Cattholicum antedictum dicti gladij in illis partibus principalem Vibratorem, & Iustitiæ Zelatorem in Domino benignè Exhortamur, Vosque Duces, Marchiones, Comites, Barones, Proconsules, Magistratus, Ciuium Scabinos, Iudices Officiales, & alios supradictorum Iurisdictionem Spiritualem,Temporalem,& ordinariam per Vos, & Vestrum quemlibet, vel alium, seù alios exercentes, quibus præsens noster processus dirigitur, dicta auctoritate tenore præsentium requirimus, & monemus primò, secundò, tertiò,& peremptoriè Vobis, & Vestrum cuilibet canonica monitione præmissa ferimus in his scriptis, nisi feceritis, quæ mandamus, districtè præcipiendo mandantes, quatenùs infrà sex dierum spatium post supradictos terminos successiuè preexpressos, necnon notificationem, & publicationem præsentium Vobis, seù alteri Vestrum in vestris Territorijs, Iurisdictionibus, & Districtibus, ac requisitionibus pro parte Reuerendissimi Domini Episcopi, ac Reuerendo-

rendorum Dominorum Canonicorum, & Capituli Ecclesiæ Tirasoneñ principalium desuper factis immediatè sequeñ, quorum sex dierum duos pro primò, duos pro secundò, & reliquos duos dies Vobis, & Vestrũ cuilibet pro termino peremptorio, ac monitione canonica assignamus; Vos omnes, & singuli Domini Temporales antedicti, quorum omnium super hoc auxilium Bracchij Sæcularis inuocamus, quoties, & quandò pro parte dictorum Reuerendissimi Domini Episcopi, ac Reuerendorum Dominorum Canonicorũ, & Capituli Ecclesiæ Tirasoneñ principalium vigore præsentium fueritis requisiti, seù alter Vestrum fuerit requisitus in Iuris subsidium contrà prædictos denunciatos aggrauatos, & reaggrauatos dicta auctoritate Apostolica per Captionem, Inuasionem, Carcerationem, & detentionem personarum, corporum, rerum, & bonorum eorumdem insurgatis, & alios insurgere faciatis, nec non personas, corpora, & bona eorum, & cuiuslibet ipsorum inuadatis, incarceretis, ac in firma, & tuta custodia teneatis, arrestetis, & occupetis per Vos, vel alium, seù alios, ac quilibet Vestrum, qui super hoc requisitus fuèrit, inuadat, incarceret, custodiat, detineat, arrestet, & occupet liberè, & licitè, super quibus omnibus, & singulis Vobis, & Vestrum cuilibet licentiam, plenariamque potestatem concedimus per præsentes, dictos denunciatos, aggrauatos, & reaggrauatos ità, & taliter adstringatis, & compellatis potenter, & manu forti absque tamen graui læsione corporum eorumdem vsque ad integram satisfactionem, & paritionem omnium, & singulorum præmissorum, ac donec, & quousque dicti Reuerendi Domini Decanus, & Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Ciuitatis Calatajubij, alijque litis consortes exaduerso principales præinsertis Sententijs Rotalibus conformibus, & rei Iudicatæ exindè secutæ, & reportatæ in omnibus, & per omnia iuxtà earumdem formam, & tenorem paruerint ità, & taliter, quod dicti Reuerendissimus Dominus Episcopus, dictique Reuerendi Domini Canonici, & Capitulum Ecclesiæ Tirasoneñ (Sede Episcopali Vacante) principales præfatam omnimodam Iurisdictionem de qua agitur, liberè exercere, ac omnibus Iuribus eiusdem vti, frui, & gaudere possint, & valeant; necnon supradicti exaduerso principales cæterisque contradictores, & rebelles præfati à molestationibus, rebellionibus, & impedimentis quibuscumque, ac auxilio, consilio, & fauore prædictis pœnitùs, & ominò destiterint, & ad Sanctæ Matris Ecclesiæ gremium redierint, & Beneficium absolutionis à supradictis Senteniijs, & censuris à Nobis, vel Superiori nostro meruerint obtlnere. NOLVMVS tamen Vos Serenissime, & Potentissime, Inuictissime, & Cattholice Rex antedictè huiusmodi nostris Sententijs ligari ob reuerentiam Vestræ Regalis Maiestatis; Intuitù tamen Iustitiæ, & ob Sanctæ Sedis Apostolicæ, & prædicti Sanctissimi Domini nostri Papæ reuerentiam ad exactionem præmissorum adimplendam in Domino exhortamur. ET GENERALITER dicti Subdelegati nostri prædicta omnia plenariè exequãtur iuxtà formam prædictam ità, quod nil in præiudicium dictorum Reuerendissimi Episcopi, ac Reuerẽdorum Canonicorum, & Capituli Ecclesiæ Tirasoneñ principalium valeant attentare, neque in processibus per Nos habitis, & Sententijs per Nos latis absoluendo, vel suspendendo aliquid immutare; In reliquis autem, quæ dictis Reuerendissimo Domino Episcopo, ac Reuerendis Dominis Canonicis, & Capitulo Ecclesiæ Tirasoneñ. principalibus nocere, seù obesse in aliquo super præmissis possint, & quibuscumque alijs potestatem omnimodam denegamus; ETSI contingat Nos

super

ſuper pręmiſſis in aliquo procedere,de quo Nobis poteſtatem plenariam reſeruamus; Non intendimus propterea Commiſſionem noſtram huiuſmodi in aliquo reuocare,niſi de reuocatione ipſa in litteris noſtris ſpecialem, & expreſſam fecerimus mentionem. PRAESENTES quoque litteras, ſiuè hunc noſtrum proceſſum Executorialem volumus pœnes dictos Reuerendiſſimum Dominum Epiſcopum, ac Reuerendos Dominos Canonicos,& Capitulum Eccleſiæ Tiraſonen̄ principales,vel eorum Procuratorem remanere, & non per Vos, ſeù aliquem Veſtrum contra ipſorum voluntatem detineri; Contrarium verò facientes prædictis noſtris Sententijs, prout per Nos in his ſcriptis latæ ſunt, prædicta canonica monitione pręmiſſa ipſo facto volumus ſubiacere; Mandamus tamen copiam fieri de præmiſſis eam petentibus, & habere debentibus eorum quidem ſumptibus,& expenſis.ABSOLVTIONEM VERO omnium, & ſingulorum, qui pręfatas noſtras Sententias aut earum aliquam incurrerint quoquo modò, Nobis, vel Superiori noſtro tantummodò reſeruamus. IN QVORVM omnium,& ſingulorum præmiſſorum fidem, & Teſtimonium has præſentes fieri, & per Notarium publicum infraſcriptum ſubſcribi, & publicari mandauimus, ſigillique noſtri, vel alterius Coauditoris noſtri iuſſimus, & fecimus, impreſſione muniri. DATVM Romæ in Palatio ſuæ ſolitæ Reſidentiæ ſub anno à Natiuitate Domini milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimoquinto Indictione tertia, die verò Mercurij vigeſimaſexta menſis Auguſti: Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Dn̄i Alexandri Diuina Prouidentia Papæ Septimi, anno eius Vndecimo. Præſentibus ibidem Dominis Vincentio Cicellio, & Franciſco Ferrario Connotarijs publicis Teſtibus ad præmiſſa omnia, & ſingula vocatis habitis ſpecialiter, atque rogatis, &c.

Loco ✠ ſigni.

Et quia ego Petrus Franciſconius Tudertinus Sacri Palatij Apoſtolici Cauſarum Notarius de præmiſſis rogatus fui. Ideò pro ſucceſſore quondam Martij Nucculæ olim Connotarij præſens Litterarum Executorialium Inſtrumentum. Subſcripſi, & publicaui requiſitus. In fidem, &c.